IONATHAE, VZIELIS FILII, MAGNÆ APVD HEBRÆOS AVCTORITATIS, CHALdæa interpretatio ſex prophetarum, Hoſeæ, Ioëlis, Amos, Abdiæ, Ionæ & Haggæi, per Ioan. Mercerum linguæ Hebraicæ profeſſorem Regium, Latinè reddita.

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM, CARDINALEM LOTARINGVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud Guil. Morelium, in Græcis typographum Regium.

M. D. LIX.

EX PRIVILEGIO REGIS.

Par priuilege du Roy il eſt defendu a tous imprimeurs & libraires quels qu'ils ſoyent en ce Royaume, de imprimer, ou faire imprimer aucuns des liures qui auroyent premierement eſté imprimez & mis en lumiere par Guillaume Morel imprimeur & libraire dudict Seigneur es lettres Grecques: ou par luy notablement corrigez & emendez, en quelque langue que ce ſoit: & ſi ailleurs eſtoyent imprimez, iceulx vendre ne diſtribuer, de cinq ans prochainement ſuyuants apres ladicte impreſsion premiere, ou de deux ans apres l'impreſsion deſdicts liures corrigez, ſur peine de confiſcation deſdicts liures & d'amende arbitraire, comme apert par les lettres de ce, données à ſainct Germain en Laye, l'vnzieſme iour de Iuillet mil cinq cẽs cinquante cinq, ſignées par le Roy. Clauſe. & ſellées du grand ſeel dudict Seigneur, verifiées & publiées par le preuoſt de Paris ou ſon lieutenant, le vingtneufieſme de Iuillet oudict an.

AMPLISSIMO ET VNDE-QVAQVE ORNATISSIMO CARDI-nali, principi illuſtriſsimo, Carolo Lotaringo, Io. Mercerus S.P.D.

CVM ante aliquot menſes Syriaca Ionathæ interpretatio duodecim ꝓphetarum, quos minores vocant, tuis auſpiciis Cardinalis ampliſsime, in vulgus exiſſet, & ex horum numero ſex non ita pridem tuo nomini dicatos primus ego Latio donaſſem, non defuerunt qui & ſex reliquos vt eodem ſtili genere cõuerterem, quotidianis propè cõuiciis efflagitarent. Equidem ante nouennium tres ediderain breuiores & faciliores, non ob aliud quàm vt tũc initio meæ profeſsionis, ſpecimen aliquod eius linguæ non ita cognitæ, noſtris hominibus præberẽ. Quæ tum temporis cauſa fuit, ne quicquam in Chaldaicis immutarẽ ab editione Veneta. Sunt enim ſingulis diſciplinis ac linguis, & rebus deniq; omnibus, ſui gradus, principia, progreſſus & incremẽta. Atque eorum qui has doceãtur vel in primis habendam eſſe rationẽ, præter Græcos & noſtros, quorum teſtimoniis hîc ſuperſedeo, diſertè & prudenter Hebræus ſapiens ſua lingua monet, חנוך לנער על פי דרכו גם כי
יזקין לא יסור ממנה Quod Latinè ſonat, puerum pro

captus ſui modulo inſtituendum : ſic fore, vt id quo imbutus fuerit, ne ſenex quidem dediſcat. Nouiſsimè verò accuratiorem Chaldaiſmi rationẽ ex Hebraica analogia inire cœpimus, quam nos & Hebræis ipſis, & poſteris inter noſtros non citra gratiam probaturos non diffidimus. Tres ergò cùm nobis ſupereſſent, vt & illorum votis indulgerem, & communibus ſtudiis conſulerem, hos quoque dictione perſpicua & fideliter redditos volui, ſed ita vt & alij tres ſimul accederent, nudo omnes contextu, ne à ſeinuicem poſthac diuellerentur. Si quid enim hîc occurreret obſcurius, id ex priore aut etiam vetere editione peti voluimus, vbi ad Chaldæum contextum luculẽta adſcripta ſunt ſcholia. Hos nefas eſſe duxi, Cardinalis illuſtriſsime, alterius cuiuſquam euulgare nomine, qui ſex reliquos nuper ſub tuo edidiſſem, ac maiores quoque Iſaiam, Ieremiam & Ezechielem bona ex parte cõfectos, ſub eodem in vulgus edere auxiliãte Domino ſtatuerim: quandoquidem is es, cuius auctoritate & patrocinio incolumes etiamnum poſt tam funeſta bella ſtant literæ: cui vni vel hoc nomine (vt ſexcenta alia taceam) plus noſtra debet Gallia, quàm Ptolemæis quondam literę, & omnibus qui bibliothecas inſtructiſsimas cõgeſsiſſe memorantur. Bene vale præſul ornatiſsime. Lutetiæ 15 Cal. Nouemb. anno ſalutis 1 5 5 9.

CHALDÆA INTER-
PRETATIO HOSEÆ.
CAPVT I.

1 PROPHETICVS Domini ſermo cum Hoſea filio Beeri, habitus tẽporibus Oziæ, Iotham, Ahaz, Hezeciæ regum domus Iuda, & temporibus Ieroboam filij Ioas regis
Iſraël. 2 *Initio ſermonis Domini per Hoſeam, dixit ad eum. Accingere vt prophetiam edas in ciuitatis idololatræ incolas, quòd ipſi magis ac magis in dies peccant: ſiquidẽ omnino *ſcortãtur relicto Domini cultu, qui in terra agunt. 3 Profectus ergò illis prædixit, ſi quidem reſipiſcerent, veniam conſecuturos: ſin minus, haud ſecùs *defluxuros ac ficuum folia. At ipſi peius inſuper egerunt. 4 Quare, eos
voca, inquit illi Dominus, diſperſos. Perbreue enim iam tẽpus ſupereſt, cùm ſanguinem illum idololatrarum vlciſcar, quem in Iezraël Iehu fudit, quippe cum illis ob cultum Baal cæſis, ipſi ad rem cum Bethelinis vitulis habendam redierint: itaque familiæ Iehu eum ſanguinem tanquam inſontem imputabo, ac regnum ex domo Iſrael abolebo. 5 Atque eo ipſo tempore

**Quando primùm per Hoſeã locutus eſt Dominus, ſic eum eſt affatus.*

**diuertũt à cultu Domini, vt adultera à marito.*

**rebus omnibus ſpoliandos, in ſũmã inopiã & miſeriã adigendos eſſe.*

vires Iſraeliticorum militum in campo Iezrael fran-
gam. 6 Cúmque ad ſuperiora etiam malè facta
miſeratos, paſſiuè. adieciſſent,nomina,inquit illi,eos haud quaquã mi-
ſerandos,quia vltrà domus Iſrael miſerturus non ſum:
quanquam ſi eos pœnituerit, planè illis condonabo.
mea ſolius ope 7 Domus autem Iuda miſerebor,eos verbo Do
mini dei ſui eripiens,nec arcu,gladio, militibus, equis
prognati aut equitibus liberabuntur. 8 Enimuero eorũ po-
ſteri inter nationes abducti, factis ſuis venia indigni
deprehenſi ſunt,& perperam à ſe acta etiamnum cu-
mularunt. 9 Nomen ergò,ait,illis indito,Non po-
pulus meus. Cùm enim vos, ex eo quòd legis meæ
verba non exequimini, populus meus non ſitis, nec
i. nec ego vobis ero auxilio. meum vobis verbum eſt adminiculo. 10 Erit ta-
men filiorum Iſrael copioſus numerus inſtar arenæ
maris, quæ nec dimenſionem nec numerum recipit,
ac pro eo quòd inter gentes exularũt,ſoluta nimirum
lege mea, obiectúmque illis eſt, quòd nõ eſſent meus
populus,iam reduces extollentur,& Dei viuentis po-
pulus dicentur. 11 Tum vnà congregabuntur
duce cõſtituto Meſsia filij Iuda & Iſrael,ac ſibi vno capite de Dauidica ſtir-
aſcendent pe præfecto, è regionibus vbi extorres fuerant redi-
bunt:magnus enim eſt dies congregationis eorum.

CAP. II.

1 PROPHETÆ,dicite veſtris fratribus: Popu-
le mi ad legem meã reuertimini, & veſtri cœtus mi-
ſerebor. 2 Concionem Iſraeliticam increpate,eí-
que dicite, quòd ipſa non ſeſe ſummittit vt me colat,

proinde nec ˚verbũ meum eius precem exauditurũ, *˚i.me*
quoad à conſpectu malè facta ſua,atque ex ſuis vrbi-
bus cultum idolorum ſuorum ſummouerit. 3 Ne˚
fortè ˚præſentiam meam illi ſubtraham, detractóque *˚diuinitatẽ*
ſuo ornamento ipſam derelictam ſinam, vt iam olim
antè quàm cultui meo appropinquaret, ínque eã ita
ira mea deſæuiat, vt in illud hominũ genus ſæuiit, qui
in deſerto legem meam violarunt, & terræ vaſtæ ſi-
milem reddam,ſquallore enectam. 4 Itaq; nec filiorũ
eius miſerebor,vt qui filij flagitioſi ſint. 5 ˚Diuertit *˚more adul-*
enim ad falſos prophetas congregatio eorum, pudet *teræ*
eorum doctores. Dicit enim ſeſe populos amatores
ſuos ſecuturam, qui cibum potúmque ſuum, laneam
lineámque veſtem, oleum, omnem denique victum
ſuum ſubminiſtrẽt. 6 Itaq; en ego velut obductis ve-
pribus,˚eius ſemitam corrumpam,& tanquam oppo- *˚tuam*
ſitis parietibus ſic interrumpam, vt calles ſuos nõ in-
ueniat. 7 Ac licet pacẽ cum gẽtibus ſui amantibus
ambiat, eas tamen non aſſequetur, nec quæſitum au-
xilium adipiſcetur. Quò fiet vt dicat: Agè ad mini-
ſtrandum priſtino Domino reuertar, cui cùm mini-
ſtrarem,præclariùs quàm nũc mecum agebatur, ido-
lis iam non ſeruiam. 8 Et ipſi quidem ignorant
quòd frumentum illis, vinum ac oleum ˚fortunarim, *˚benedixe-*
argentúmque ac aurum illis auxerim, vnde idola fe- *rim,fœcun-darim*
cerunt. 9 Ideóque ˚redibit verbũ meum ad tollẽdum *˚reuertar*
frumentum meum, quo tempore in aream conuehi, *ego ſublatu*
& vinum,tum cum in torcular deferri ſolet, veſtém- *rus quod meum eſt*

que laneam & lineam eripiam quam ei ad tegendum
ipſius verenda dederam. 12 Iámque eius turpitu-
dinem ob oculos populorum eius amatorum retegã,
nec eam quiſquam è manu mea liberabit. 13 At-
que eius omnia gaudia, ferias, neomenias, ſabbata, om
neis denique ſolennitates abrogabo. 14 Vitium
quoque & ficuum eius fructus vaſtabo, quod ſibi di-
ctitabat honorarium eſſe, quo ſe nationes ſui amantes
fuiſſent proſecutæ: hæc inquam in ſyluam redigam à
beſtiis campi depaſcenda. 15 In que eã animad-
uertam illa tempora, quibus cũ idola coleret, illis aro-
mata adolens, mulieri ſimilis erat, quæ relicto marito,
ſuis adornata inauribus & margaritarum monilibus,
ad amatores ſuos diuertit, ad hunc modum Iſraelitica
ſynagoga idola amauit colere, meo, inquit Dominus,
cultu relicto. 16 Quamobrẽ ecce ego ipſam addu-
cam ad legem, ſignáque ei edam ac facinora, qualia ei
in deſerto edidi, ac per ſeruos meos prophetas conſo-
lationes loquar ex animo eius. 17 Atque ei ſuos
gubernatores iam inde præponã, valle Achor in ani-
mi delicias cõuerſa. Ibi verbo meo, vt quondam, ſtu-
debũt, & ego quoque illis res prodigioſas & magnas
gerã, vt tum cùm ex Ægyptia terra aſcẽderũt. 18 Ac
tum temporis, mihi colendo, inquit Dominus, operã
dabitis, nec deinceps gẽtiũ idola coletis. 19 Imò
verò eorum nomen ex ipſorum ore auferam, vt iam
ne nominis quidem illorũ vlla ſit mentio. 20 Eo ipſo
tempore fœdus illis percutiam, quo pacem cum cã-

peſtribus beſtiis habeant, cum cœleſtibus auibus &
terreſtribus reptilibus, atque arcu, gladio & bellatori-
bus de terra ſublatis, efficiã vt tuti agant. 21 Vos °mi- *°Chaldai-*
hi in perpetuum confirmabo, mihi inquam vos iuſti- *ſmus, corã*
tia, iudicio, clemẽtia & miſericordia ſtabiliã. 22 Fi- *me*
de inſuper vos mihi ſtabiliam, & Dominum timere
ſcietis. 23 Ea tẽpeſtate veſtris, ait Dominus, pre-
cibus annuam, vt me præcipiente cœli pluuiam ſuper
terram demittant. 24 Vnde magnam frumenti
vini atque olei vim terra proferet, quæ abunde popu-
lo meo ᵃexuli ſuppetant. 25 Deniq; vos mihi in ea ter *ᵃ ab exilio*
ra ſtabiliam ᵇvbi mihi dicata ædes, ac eorum miſere- *reduci*
bor qui factis ſuis indignos ſeſe venia exhibuerãt, at- *ᵇ in terra æ-*
que iis quos negaram meum eſſe populum dicã: Pro- *dis præſen-*
fecto vos eſtis meus populus, ille autem viciſſim me *tiæ ſeu di-*
ſuum Deum nominabit. *uinitatis*
meæ

CAPVT III.

1 DIXIT autem mihi Dominus. Age, aliam
Iſraelitis prophetiam ede, quòd mulieri ſimiles ſunt,
quę ita viro chara eſt, vt etiamſi illa ab eo ad alium di-
uertat, præ amore tamen repudiare eam nolit: talem
eſſe & erga Iſraelitas amorem Domini, cùm ipſi ad
gentium idola ſeſe conuertant, quibus tamen, ſi reſi-
puerint tam facilè ignoſcendũ ſit, quàm ei ſolet igno-
ſci qui per errorem verbo tenus ſociũ læſit. Sanè eos
verbo meo redemi die decimoquinto menſis Niſan, ᵃ *ᵃ conſtitui*
ᵇdedíque illis expiãdis pecuniam ſiclorum, ac iuſſi vt *ᵇ primitia-*
mihi manipulum ᶜeleuationis ex hordei prouẽtu of- *rũ. vide Le-*
uit. 23.

ferrent. 3 Propheta,eam ſic alloquere: Hoc vobis
peccata veſtra conciliarunt, vt diu ſitis exulaturi: vbi
tamē cùm cultui meo vacaturi,nec ſcortaturi aut ido-
la culturi ſitis,futurum eſt tandem vt & me veſtri mi-
ſereat. 4 Longo ſiquidem tempore acturi ſunt
Iſraelitæ,ita vt nec regem habeant Dauide prognatū,
nec quenquam qui in eos imperet,vt non ſit qui litet
Ieroſolymis,ſine ſtatua in Samaria, ſine ephod atque
oraculo. 5 Ad extremum,Iſraelitæ rurſum Do-
mini dei ſui cultum requirent, Meſsiæ Dauidis filio
regi ſuo obtemperātes, & in Domini cultum incum-
bentes,ac multum erit eius bonum,quod illis eueniet
poſtremis temporibus.

*idoli reſpō ſo.

CAPVT IIII.

1 AVDITE ſermonem Domini,Iſraelitæ: diſce-
ptatio ſiquidem Domino intercedit cum terræ inco-
lis,quia non eſt qui vel æquum faciat, vel beneficium
conferat,non eſt in terra qui vitam ex Domini timore
inſtituat. 2 Peierant,mentiuntur,cædes faciunt,
furantur, adulteria committunt, ex alienis vxoribus
prolē ſuſcipientes: peccata denique peccatis cumulāt.
3 Eapropter vaſta erit terra,& deſolabitur quiſquis
eam inhabitat, cum cāpeſtribus beſtiis & cœleſtibus
auibus: quin & marini piſces ob eorum peccata rario-
res erunt. 4 Proptereà quòd, Scriba,inquiunt,ne
doceat,propheta ne carpat: & tui populares cum ſuis
iurgātur doctoribus. 5 Itaque impingetis in die,
& falſi quoque prophetæ, quos apud vos habetis, ve-

lut in nocte offendent, ac veſtram concionem pude-
faciam. 6 Obbrutuit quidem notitiæ expers po-
pulus meus: tu verò quia timoris mei ſcientiam faſti-
diſti, & te quo minus mihi inſeruias, repellã, & quòd
legis dei tui ſis oblitus, filios tuos etiã ego auerſabor.
7 Quò magis prouentum illis auxi, eo grauiùs in me
peccarũt, decore ſuo in ignominiã côueiſo. 8 Sa-
cerdotes edendis populi mei peccatis ſeſe *contami- *profanant
nant, eo vt eorũ peccatis peccata ſuperaddant. 9 Ita-
que vt laicos ſacerdotibus, eorum ſacra profanando,
æquaturus ſum, ſic *eorũ decus profanabo, quod glo- *populi in-
rioſum eſt, contemptum reddens, vt ſupplicium de ter gentes
illis pro improbis eorum inſtitutis ſumam, atque illis, exulis ſcili-
vt corrupta eorum facta poſtulãt, rependã. 10 Co- cet. ſic ex-
medent, at non ſatiabuntur: vxores ducent, nec libe- ponit hæc R. Sel.
ros procreabunt, quia Domini cultum deſeruerunt,
nec eum obſeruarunt. 11 Venus, vinum & temu-
lentia, eorum animum alienat & fallit. 12 Scilicet
conſulit populus meus *id quod eſt in ſimulacro ſuo *ſimulacrũ
ligneo, & *credit ſibi à virga ſua futura nũciari: *ſedu- ſuũ ligneũ.
cti nanque venereo ſpiritu, à dei ſui cultu diſcedunt. *Hæc meo
13 Super cacumina montiũ immolãt, ſuper colles, ſub indicio ger-
quercu, populo aut vlmo, quòd frondoſæ ſint & opa- mana eſt le
cæ, incenſum adolent: hinc fit vt & filiæ veſtræ forni ctio, ומרמי
centur, vobis ex gentium filiabus ſuſceptæ, & nurus דהוטריה Alteram vi
adulterium admittant, quas filiis veſtris deſpondiſtis de in noſtris obſeruat.
ex gẽtibus. 14 Non ergò vel in filias veſtras fornicã
tes, vel in nurus adulteras animaduertã, quippe cùm

'vos conſortium cum meretricibus habeatis, & cum
proſtibulis epulemini. An nō verò °proſternetur eiuſ-
modi hominum natio quæ legi animum non adiun-
git? 11 Quòd ſi vos Iſraelitæ ſcortamini, ne ſaltem
culpa teneantur Iudæi, ne Galgalam contendant, ne
Bethelum conſcendant, neque falsò iurent, Viuit Do-
minus. 12 Nam bouis more qui ſaginatus cal-
citrat, ſic Iſrael præ bonorum copia rebellat: iam 'aget
eos Dominus, vti agnū lectum in campo. 13 Ido-
lis ſeſe Iſraelitæ, 'cultu relicto, adiunxerunt. 14 Eo-
rum principes conuiuia ex rapina multiplicant, hinc
ſcortantur & in venerem proni feruntur, amant illo-
rum proceres ſibi ignominiā accerſere. 15 Quorū fa-
cta cum recta nō ſint, mox hoſtem in 'eos adducam,
cui non magis reſiſtere valebunt, quàm ſi quis limbo
veſtis ventum conſtringere, quod facere nequeat, co-
netur, vt eos ararum ſuorum idolorum pudeat.

'Chal. vt et Hebr. mutatur perſona

°extremo ſupplicio affici digna eſt, extrema patietur

'aget cum illis vt cū agno altili, qui in vberrimo paſcuo collocatur, ut ſaginatus mactetur.

'Domini, ſ. Chal. habet emphaſin et vim articuli.

'Iſraelitarū populum

CAPVT V.

1 AVDITE hoc ſacerdotes, aduerte domus Iſ-
raelitica, attende domus regia: an non veſtrū erat ius
noſſe, cùm offendiculo ſitis veſtris doctoribus, atque
adeo reti ſuper excelſum montem tenſo ſimiles?
2 Sanè victimas idolis mactant plurimas, vnde fu-
turum eſt vt illis omnibus pœnas irrogem. 3 Per-
ſpecta mihi ſunt quæ facit domus Ephraimitica, nec
me latet Iſraelitica domus: nūc enim ſcortātur Ephrai
mitæ, ſeſe Iſraelitæ polluunt. 4 Facta ſua non re-
linquunt, vt ad dei ſui cultum reuertantur: verſatur
enim

enim inter illos ſpiritus ſcortationis, nec Domini 'cu- 'requirunt
rant diſciplinam. 5 Itaque Iſraelitarum deprime-
tur faſtus, ídque ipſis ſpectãtibus, ac peccatis ſuis tam
Iſraelitę quàm Ephraimitæ corruent, vnáque cum il-
lis Iudæi. 6 Cum ouibus quidem & bubus ſuis
ibunt vt quęrant diſciplinam Domini: at nequaquam
inueniẽt, receſſerit mea ab illis diuinitas. 7 In ver-
bum Domini ſunt mentiti, qui nũc ſibi liberos ex gẽ-
tium filiabus ſuſceperint: iam in eos nationes in men-
ſes ſingulos adducam, quæ fructus terræ eorũ depo-
pulentur. 8 Veſtram ô prophetæ vocem in mo-
rem buccinæ attollite, 'prædicite futurum vt eos po- 'chal. prædic
puli ſtragiũ auctores adoriãtur, quòd Saülem cui pa-
tria Gabaa, regem crearint: vociferamini tanquam ad-
hibita tuba, dicite fore vt reges cũ ſuis copiis eos ado-
riantur, quia Samueli è Rama orto, dicto audientes
non fuerunt: nunciate aduerſum eos claſsicum mili-
tum, quòd in verbũ meum perfidi, retro à cultu meo
ceſſerint, nõ colentes me in templo quod eſt in terra
tribus Beniamin. 9 In vaſtitaté Ephraimitica domus
redigetur: profectò in tribubus Iſraeliticis legem meã
notam feci. 10 Principes Iuda iis ſimiles ſunt qui
terminos mouent: in eos itaque iram meã aquæ mo-
re effundam. 11 Vi opprimuntur Ephraimitæ, in
cauſa ſua conculcantur, quia eorũ iudices huc ſpectãt
vt iniquis ducantur opibus. 12 Et verbum meum
Ephraimitis eſt tanquàm tinea, Iudæis vt blatta.
13 Cúmque ſuum Ephraimitæ morbum, ſuum

Iudæi dolorem conſpexiſſent,profecti ſunt illi quidē
ad Aſſyrios, hi verò ad regem miſerunt qui eos vlci-
ſcendi cauſa veniret : dic ergo illis propheta, quòd is
nō poterit illos curare, neque eorum ſedare dolorem.
14 Et ephraimitis enim erit verbum meum vt leo,
& Iudæis,vt leonis catulus:& vbi verbo meo occide-
ro,abibo, atque ita potentiam meam extollam vt non
ſit qui eripiat.

CAPVT VI.

1 SVBTRACTA illis diuinitate mea,in cœ-
lum ſacroſanctam ſedem meā, me recipiam, donec
ſe peccaſſe agnoſcentes me implorent, in arctatione
ſua meum numen requirant. 2 Agite,inquien-
tes, ad Domini cultum reuertamur : is enim eſt qui
nos percuſsit, idem ſanabit: qui plagam nobis inflixit,
idem nos leuabit. 3 Suſcitabit nos ad dies con-
ſolationum venturos,nos quo tempore excitādi ſunt
mortui,eriget,vt eius in cōſpectu viuamus,diſcemúſ-
que vt proſequamur timorem Domini cognoſcere,
in morem auroræ cuncta *egreſſu ſuo exornantis, at-
que accedent nobis *benedictiones non ſecus ac ve-
hementior pluuia, vt vernus imber quo terra rigatur.
4 Propter *ſummum ius,quid vobis ò Ephraimitæ
faciam,quid vobis ò Iudæi,cum bonitas veſtra matu-
tinæ nubi ac rori citò euaneſcenti ſit quàm ſimilima?
5 Itaque quoniam,cùm eos prophetarum meorū
legatione eſſem adhortatus,haud tamen reſipuerunt,
adduxi qui in eos ſtrages ederent, quia quæ me velle

*vulg. lect. circuitu.
*omnia felicia
*vt ab eo ſuis immunes

dixeram,ſunt tranſgreſsi, prodeunte lucis in morem
meo iudicio. 6 Mihi ſiquidem ij qui beneficē-
tia vtuntur,gratiores ſunt, quàm qui ſacrificant:quí-
que Domini legem faciunt,quàm qui holocauſta of-
ferūt. 7 At ipſi fœdus meū,vt priſcæ illæ hominū
ætates, violarunt, ínque terra illa eximia, quam eis vt
voluntatem meam facerent, ibi inquam in verbum
meum perfide egerunt. 8 Galaad graſſatorum eſt
ciuitas, qui per inſidias inſontem fundāt ſanguinem.
9 Ac quemadmodū prætereuntes expectant [a]latronū
cateruæ, ita ipſi eorúmque ſacerdotes eadē via coēūt,
cædes vno animo patrant: nefarium enim exequun-
tur conſilium. 10 In domo Iſraelitica rem alienā
vidi: fœdus ſecum initura de non colendis idolis ſol-
uerunt, ad rem cum Bethelinis vitulis habendam re-
uerſi, illic ſcortati ſunt Ephraimitæ,cōtaminati Iſrae-
litæ. 11 Sed & Iudæi peccata ſua augere cœpe-
runt, ad illos quoque peccata pertingunt tum cū po-
puli mei exilium [b]reſtituo.

[a] viri turmarum, Gends de bandes, bādouliers.

[b] reſtituere cogito res eorum acciſas.

CAPVT VII.

1 DVM Iſraelitarum exquiro peccata, emergūt
Ephraimitarum ſcelera,& mala Samariæ: perfidiam
enim faciunt,noctu domi furta,interdiu [a]foris cædes
& latrocinia exercentes. 2 Neque cū animis ſuis
cogitāt mihi explorata eſſe omnia eorum mala: mox
eos [b]circunuallabūt improba ſua opera, quæ mihi cō-
ſpicua ſunt. 3 Vanitate ſua regem,ſuis mendaciis
principes exhilarant. 4 Omnes libidine tenētur

[a] in deſerto

[b] vel circūuallant

vxores alienas adulterandi, ardent in morem clibani
à piſtore ſuccenſi: itaque vt cogitationes ſuas exequi
maturant, ſic ex ciuitatibus ſuis citò migrabunt: ídque
quia ſignorum immemores fuerunt & facinorũ tum
illis editorum cùm ex Ægypto aſcenderunt, ex quo
ſubacta eſſet farina priùs quàm fermentaretur.
5 Quo die ſuum ſibi regem crearunt, cœperunt
cum eo principes potare: is ad ſe nugatorum cœtum
pertraxit. 6 Siquidem ſeſe ad nefarium conſiliũ,
inſidiis ardente furni in morem eorum animo, appli-
cãt: tota nocte tardat eorum ira manè vſque, tum ve-
rò ardet vt ſcintillans ignis. 7 Omnes incaleſcũt
vt clibanus, linguis ſuis mendacibus ſuos iudices reos
peragunt: cæduntur omnes eorum reges, nec inter il-
los quiſquam ad me preces fundit. 8 Ephraimi-
tę nationibus permixti ſunt, Ephraimitę placẽtę ſub-
cineritiæ ſimiles ſunt priùs aduſtę quàm altera ex par-
te verſa ſit. 9 Ipſorũ nec aduertentiũ facultates, ex-
pilarunt gentes: quin & eorum res infirmatę ſunt, ipſis
nec opinantibus. 10 Ac Iſraelitarum deprimitur
gloria, cernentibus ipſis, quia ad Domini dei ſui cultũ
quæſierũt nòn ſunt reuerſi, neque eum in his omnibus *implo-
rarunt. 11 Euaſerunt Iſraelitæ columbæ ſimiles
ob abreptos ſibi pullos ſeſe mœrore conficienti & ex-
animi: Ægyptiis appropinquarũt, in Aſſyriam migra-
runt. 12 Sed quocunque ierint, meũ illis rete ten-
dam, vt auium cœleſtium more oberrẽt efficiam, ſup-
non meum plicia illis irrogans, quia *proprium audierunt conſi-

lium. 13 Hei illis,quòd à mei timore remoti ſint:
prædones illis adducam, quod in verbum meum re-
bellarint: equidē eos eram redempturus, at ipſi in me
loquuntur mendacia. 14 Nec me apud ſeſe de-
precantur : enimuerò è ſtratis ſuis eiulant, in verbum
meum præ frumenti & vini copia quod collegerunt,
rebelles ſunt. 15 Quóque magis eos caſtigo, &
eorum lacertos confirmo, tanto ipſi magis in hoc in-
cumbunt, vt me in dies grauiùs offendant. 16 Eò
rediere vt à lege deſciſcāt,abſq; eo quod illis malè fe-
cerim:arcui fallaci ſunt ſimiles: occidentur corū pro-
ceres gladio ob linguæ eorum *virulentiam: hęc corū,
tantiſper dum in Ægypto eſſent,erant facinora.

**profunditatē, atrocia cōuicia*

CAPVT VIII.

1 PROPHETA,palato tuo velut buccina vo-
ciferare,dicito,aquilæ more ſeſe pernici volatu prori-
pientis, aſcēſurum cum ſuis copiis regem, ínque ædē
Domino ſacroſanctam caſtrametaturum eſſe,pro eo
quòd fœdus meum violarunt, ac in legem meam re-
bellarunt. 2 Quandocunque illis anguſtia ſuper-
uenit, precem ad me fundentes, Nunc, inquiunt, no-
uimus non eſſe alium nobis deum à te : redime nos:
ſumus enim populus tuus Iſrael. 3 Iam verò à
cultu meo diuertunt, cuius cauſa bonis illos ſolitus
ſum proſequi : itaque deinceps perſequetur eos ho-
ſtis. 4 Ipſi, reges deſignarunt,ſed præter verbum
meum:in dignitatem euexerūt,ſed præter meam vo-
lūtatem: idola ſibi ex argento auróque ſuo,quod qui-

dem ſibi ex Ægypto conuexerant, ſunt fabricati, eo
vt delerentur. 5 Ad Samaritanum vitulum di-
uerterunt, vnde mea in illos ira incanduit: quouſque
tandem emundari non poterũt? 6 Nam ille qui-
dem & ex Iſraelitarũ ſtipe coactus, & à fabro factus,
deus eſt nulli vſui: itaque in aſſerum ſcobinas redige-
tur Samaritanus ille vitulus. 7 Similes ſunt Iſrae-
litæ ei qui ventum ſeminat, turbinem meſſurus, cùm
nec in ſegetem conſurgat, nec ſperandum ſit vt ger-
men vel fructum *ferat: quòd ſi fortè rem fecerint,
gẽtibus prædæ erit. 8 Deuaſtati Iſraelitæ, iam in-
ter nationes ſunt tanquam vas inutile. 9 Ipſi enim
in Aſſyriam exularunt, quòd animi ſui libidine ſe du-
ci, non ſecus ac efferus onager, permiſerint: Iſraelitæ in
manũ gentium quas amarant, ſunt traditi. 10 Sed
& ſi mei timorem animis ſuis Iſraelitæ propoſuerint,
eos exules ex nationibus reuocabo: vel ſi paululũ ſa-
piant, eos à regum & principum tyrannide eximam.
11 Enimuerò aras in peccatũ multiplicarũt Ephrai
mitæ, offendiculo illis fuerunt aræ idolorum ſuorum.
12 Equidẽ illis eximia de lege mea ſcripſerã, at ipſi ha-
biti ſunt vt *gẽtes. 13 Victimas quas rapina coẽgerũt,
immolant, carnem qua veſcũtur, ſed hæ Domino ac-
ceptæ non ſunt, qui mox in eorum peccata animad-
uertet, & prauitates vindicabit, ipſis in Ægyptum *re-
uerſuris. 14 Sanè Iſrael, eius qui ſe fecit cultu deſer-
to, idolis templa conſtruxit, & domus Iuda munitas
vrbeis cumulauit: itaque ignem in eius ciuitates im-

**eorum ſcilicet labor*

**vita ſua ſeſe quaſi gẽtes exhibuerũt, cũ ab illis eos, tot tantarúmque legum mearũ obſeruatione exemptos eſſe, & mihi ſelectos voluiſſem.*

**præter eius mãdatum. Sed rectiùs hoc loco pœna erit, vt in lege minatur Moſes.*

mittam,qui eius arces depopulabitur.

CAPVT IX.

1 N E lætemini Iſraelitæ , neque iuxta ritus gen-
tium exultetis : à Dei nanque veſtri cultu diuertiſtis,
amantes in omnibus areis tritici idola colere. 2 Ex
area ergò & torculari nequaquam alentur,nec illis vi-
num ſuppetet. 3 Non agent in terra vbi præſens
adeſt Dominus, ſed in Ægyptum redibunt Ephrai-
mitæ,in Aſſyriam migrabunt, vbi immundis veſcen-
tur. 4 Vini libamina Domino non fundent,ne-
que eorum acceptæ erunt oblationes : erũt illis victi-
mæ eorũ quaſi abominandus cibus, quo quiſquis ve-
ſcitur polluitur : neque enim quas illi pro ſeſe obtule-
rint oblationes , illis in æde Domino ſacra expiationi
erunt. 5 Quid die ſolenni & feſto Domino agetis?
6 Ecce enim præ depopulatoribus migrãtes in Ægy
ptum congregabũtur, in Memphi ſepelientur, in ele-
gantibus & ſumptuoſis eorum ædibus 'vrticæ,in pa- 'Karſulin a-
latiis feles agent ſylueſtres. 7 Adſunt animaduer- lius feræ ſũt
ſionis tempora,adſunt repẽdẽdarum culparũ tempo-
ra : iam agnoſcent Iſraelitæ , ſibi quidem 'vaticinatos 'vera pradi
fuiſſe veros prophetas , falſos verò ſe velut 'vertigine xiſſe
quadam obſtupefeciſſe, quòd eorum excreuiſſent cul 'qu'ils les ont enſorcel
pæ, inualuiſſent peccata. 8 Speculantur Iſraelitæ lez et eſtour
omnes artes quibus ſibi idololatriã ſtabiliant,laqueos dis.
ſuis prophetis quoquò illi ſeſe vertant parantes,ac of-
fendicula in æde dei ſui multiplicantes. 9 Quàm
corruptiſsimi ſunt, vt vel Gabaitarum flagitia æquẽt:

in eorum noxas animaduertet (Dominus) atque eorũ
plectet ſcelera. 10 Vt vitis ad aquarum fontem cõ-
ſita, ſic Iſraelitis verbum meũ in deſerto occurrit: pa-
tres veſtros æquè charos habui, atque haberi ſolet ficus
precox in arbore quæ alias in fructu ferendo anteuer-
tit: at ipſi cum Beel-peor conſortium habuerunt, ad
confuſionem diuerterunt, & abominabiles euaſerunt
vt ea quæ amabant. 11 Vt auis è nido ſuo euolare cõ-
pulſa aufugit, ſic Iſraelitarum migrat decor: prole non
augebuntur, nec de ventris ſui fructu gaudebunt: íd-
que propterea, quòd pedes ſuos prohibuerũt quo mi-
nùs in æde mihi ſacra cõparerent. 12 Quòd ſi liberos
ſuos prouexerint, eos illis *orbabo, ne inter viros cen-
ſeantur: ſed & væ illis, cum meam ipſis præſentiã ſub-
traxero. 13 Iſraelitica congregatio dum legẽ faceret,
proſperitate, tranquillitate, Tyro ſimilis erat: iam cò
ſunt prolapſi vt in idolorum cultum ſuos trucident li-
beros. 14 Da illis Domine eorum quæ perpetrant
mercedem: vuluam illis orbantem, & arẽtes da mam-
mas. 15 Mihi omnia eorũ mala, Galgalę nota ſunt:
ibi enim eos ob eorum quæ faciũt improbitatẽ auer-
ſor: ex æde mea ſacroſancta pellam eos, ipſorum vltrà
non miſerturus, cùm rebellent omnes eorum princi-
pes. 16 Similes ſunt Iſraelitæ arbori cuius infernè
radix exuſta, ſupernè frondes areſactæ ſunt, fructum
non facient: quòd ſi liberos euexerint, ventris *eorum
delicias necabo. 17 Auerſabitur eos Deus meus,
quia eius verbum non audierunt, atque erunt inter
natio-

**chal. eos liberos ſcilicet orbabo i. de medio tollã, & parẽtibus eripiã immatura ætate.*

**chariſſima eorũ pignora, quæ illis ſunt in deliciis.*

nationes palabundi.

CAPVT X.

1 VITIS eſt deuaſtata Iſrael, qui legem dum fa-
ceret, vitis erat accepta: fructus factorum eorum exi-
lij illis ſunt cauſa: cùm prouentum illis augerem, alta-
ribus quoque ſuis cultum auxerunt, cùm eorum ter-
ræ bona inueherem, ipſi vt bene ſtatuas ſuas facerent
elaborarunt. 2 Diuulſus eſt eorum animus à le-
ge, iam culpa tenentur, iam in eos hoſtem adducam,
qui eorum aris ceruicem obtorqueat, ſtatuas vaſtet.
3 Vt iam ita dicturi ſint, Rege caremus: quid enim
nobis rex faceret, quandoquidem Dominum nõ ti-
muimus? 4 Violenta verba faciunt, peierãt, de re
vana fœdus ineunt: iam in illos quaſi ſerpentum infe-
ſtorum capita pœnam mẽdaciorum eorum inferam
ſuper agrorum fines. 5 Quia vitulos in Bethel co-
luerunt, aſcendet aduerſum eos rex cum ſuis copiis,
eóſque exules abducet: tolletur ab illis Samaritanus
vitulus, eius populo & miniſtris qui de eo exultarant,
iam lugentibus, quòd ab eo migrarit ipſius gloria.
6 Ipſe quoque in Aſſyriam deferetur, munus re-
gi qui vt eos vlciſcatur aduenire ſolet: dic illis prophe-
ta, confuſionem recepturos Ephraimitas, ac Iſraeli-
tas fore vt à ſe initorum conſiliorũ pudeat. 7 Con-
fuſa eſt rege ſuo Samaria, non ſecus ac ſpuma ſuper
aquarum faciem. 8 Vaſta erunt excelſa Betheli,
Iſraelitis exilium afferent ipſorum peccata: ſuper eorũ
altaria vepres naſcentur & rhamni, iam illis letalẽ in-

exhauſta

grata ob fructus copiam

i. egregiè ornarẽt & cõcinnarent

cui efficit vſui

De vi inferẽda & alius opprimẽdis vltro citróque ſermones conferunt

cũ ꝓbro et confuſione ob regẽ ſuũ euanuit more ſpumæ. Elegãter Samaria põpã & ſplẽdorẽ bullæ cõparat.

feram calamitatem, vt ſibi videantur tecti montibus,
aut quaſi ſuper ſe colles cecidiſſent. 9 Iam inde à
tẽporibus Gabaa peccaſtis Iſraelitæ: extiterunt eo lo-
co qui in verbum meum rebellarent, regem ſibi præ-
ficiendo: enimuerò digni habiti non ſunt quibus re-
gnum in Gabaa ſtabiliretur, eò aduerſum illos irrum-
pentibus militibus, qui ad parentes ſimul & liberos
cædendos aſcenderunt. 10 Ex verbo meo ſup-
plicia illis irrogaui, congregatis in ipſos gentibus, quæ
ita illis ſunt dominatę, vt cùm par boum ad duos ſul-
cos ſuos alligatur. 11 Iſraelitarum congregatio iu-
uencæ ſimilis eſt, quæ arare cùm doceatur, non diſcit
tamen, ſed °animo ſuo indulgere mauult: ego autem
eos ex Ægyptiaca ſeruitute, detracto ex eorum ceruici-
cibus iugo graui, redemeram, Iſraelitas in °opima illa
Amoræorum illis ſubactorum terra collocaui, do-
mum Iuda in hæreditatem intromiſi, quam eorũ pa-
renti Iacob, interpoſito iureiurando promiſeram.
12 Bona opera °vobis facite Iſraelitæ, vitam integrã
agite, ex legis præſcripto & diſciplina vos gerite: ecce
nunquam non vos prophetæ cohortantur, vt ad Do-
mini timorem reuertamini, illum mox °affuturum,
ac vobis iuſtitias allaturum. 13 At vos vim cogita-
ſtis, impietatem commiſiſtis: vnde & factorum ve-
ſtrorum mercedem recepiſtis, quòd fiduciam in tuis
°ſtudiis, in virorum fortium quos apud te habes mul-
titudine repoſueris. 14 Et excitabitur apud popu-
los tuos tumultus, atque omnia propugnacula ea va-

°voluntati, animæ ſuæ

°potente. Chaldæa vox & munitionem et feracitatem continere videtur

°Latinè hic datiuus abũdare poſſit, vt & ſequentis verſiculi initio

°proditurũ, reuelandũ

°viis. Eſt autem numeri enallage.

ſtitate vaſtabuntur, qualis fieri ſolet cùm rebus paca-
tis, derepente per inſidias bellum mouetur, matre 'ſu- *'truculẽtia*
per filios trucidata. 15 Hoc vobis, culpę quas in Be- *inuſitata.*
thel admiſiſtis, attulerint, præ factorum veſtrorũ im-
probitate, pudefacto tandem & confuſo Iſraelitarum
rege.

CAPVT XI.

1 ISRAELEM ex quo puer erat dilexi, iámque
inde ex Ægypto filios eos vocaui. 2 Prophetas
meos vt illos docerent miſeram: at illi ab eorum con-
ſpectu diuertentes, idolis immolant, ſimulacris thy-
miamata adolent. 3 Ego verò angelo à me miſſo
Iſraelitas duxeram, velut brachiis prehenſos attollens:
atque ignorant me eſſe qui clementer cum illis ege-
rim. 4 Dilectorum liberorum 'illectamentis pel- *'qua ratiõe*
lexi eos vi amoris, fuitque illis verbum meum tanquã *chariores*
bonus agricola, qui boum humeros leuat iugo in ma- *liberi pelli-*
xillas remiſſo: ſed & cùm in deſerto eſſent, bona illis *ci ac deuin-*
cumulaui quibus veſcerentur. 5 Non quidem in *ciri ſolent*
Ægyptum redibunt, ſed quia reſipiſcere renuunt, il-
lis Aſſyrius dominabitur. 6 Atque in eorum ci-
uitates incidet gladius, qui & ſtrenuos eorũ viros ne-
cabit, & principes excindet, ob ea quæ ceperunt con-
ſilia. 7 Populus verò meus num ad legem meam
redire debeat, ſuſpenſus eſt: ſed in tam grauem morbũ
incident, vt omnes pariter erecti incedere non valeãt.
8 Quomodo tradam te Ephraim, excindã te Iſrael, *'Alia lectio*
quomodo te 'perdam ſicut Admam, reddam te vt *diſſipabo*

velut in viſceribus cõuoluitur amor &c. Seboim? Subit mihi verbum mei fœderis, ſimul 'affi-
cior amore patrum veſtrorum. 9 Non indulge-
bo incandeſcentiæ iræ meæ, nec verbum meum re-
uocabo genus Iſraelitarum perdẽdo. Deus enim ſum,
verbum meum in æternum permanet, nec eadem fa-
ſic verbo meo decreui cere ſoleo quæ mortales qui in terris agunt: certum
eſt apud me futuram inter vos præſentiam meam ſa-
croſanctam, neque Ieroſolymam vltrà cum alia ciui-
tate commutabo. 10 Domini cultum ſequentur,
erit illius verbũ vti leo proclamans: eo ſiquidem pro
clamante exules ab occaſu colligentur. 11 Vt auis
per aerem volitans in 'aperto venit, ſic venient qui in Ægyptum migra-
rũt, vtque in ſuum columbarium reuerti ſolet colum-
ba, ita reuertẽtur in Aſſyriam abducti, me illos ſaluos
& incolumes in ædeis ſuas reducente, ac verbo meo,
inquit Dominus, illis auxiliante. 12 Multiplicarũt
in me Ephraimitæ mendacia, & dolos ſuos Iſraelitæ:
Iudæi verò in religione perſeuerarunt quoad ex terra
ſua Dei populus migrauit, & qui me in æde ſacra co-
luerũt dicti ſunt ſanctus populus, ac ideo ſtabiles fue-
runt.

CAPVT XII.

1 ISRAELITÆ ſimiles ſunt ventum ſeminã-
ti & turbinem metenti: in dies mendacia vaſtitatém-
que adaugent, dum fœdus cum Aſſyrio incunt, & in
Ægyptum munera vehunt. 2 Et cum Iudæis eſt
ſi qua ſunt. nulla eſſe ſignificat. quod diſceptet Dominus, & quod in Iacob pro eius
ſtudiis animaduertat, próque rectè factis ij ſius ei re-

pendat. 3 Dicito illis propheta: An non Iacobū,
antè quàm naſceretur, dictum eſt fratre ſuo [s]nume-
roſiorem futurum, atque adeò ſuo robore Angelum
vicit? Angelum, inquam, vicit, ac prçualuit, qui etiam
flens eum rogauit: eidem poſteà in Bethel apparuit,
vbi nobiſcum [t]loquebatur. 4 Propheta, dic illis,
hunc ipſum eſſe copiarum Deum, qui Abrahamo
Iſaaco & Iacobo apparuit, & cuius, vt per Moſem di-
ctum eſt, memoria in omneis ætates durat. 5 Tu
ergo in Dei tui cultu perſiſte, æquitatem & ius obſer-
ua, inque opem Dei tui iugiter ſpera. 6 Nolite ne-
gociatores imitari, qui præ manibus habent bilances
fraudulentas, amantes circumuenire. 7 Enimue-
rò diuites, inquiunt Ephraimitæ, euaſimus, [u]vim nobis
parauimus: dicito illis propheta, Non erunt vobis iſtæ
omnes opes ſtabiles, quo tempore ſua peccatis mer-
ces rependetur. 8 At ego Dominus deus tuus
ſum, qui te ex Ægypto eduxi, qui etiamnum effectu
rus ſum, vt in vmbraculis ſicuti priſcis temporibus,
habites. 9 Qui cum prophetis collocutus ſum, &
qui prophetias multiplicaui, illis [v]internunciorum lo-
co vſus. 10 Si Galaaditæ vi [x]oppreſsi ſunt, ſanè in
Beth Galgal idolis tauros mactarūt, multiplicatis etiā
aris ſuis tanquam lapidum aceruis in agrorum termi-
nis. 11 Compella eos propheta, An non Iacob pa-
rens veſter in agrum Syrium profectus eſt, Iſrael pro
vxore ſeruiit, pro vxore gregem cuſtodiit? 12 Quin
& cùm in Ægyptū maiores veſtri deſcendiſſent, pro-

[s] potētiorē, maiorem

[t] per promiſſiones Iacobo factas. illæ enim ad eius poſteros pertinebant.

[u] i. opes per vim. ex mēte prophetæ hoc dicitur.

[v] per illos miſi, quæ volebā ſcilicet, illi meæ volūtatis interpretes fuere

[x] ab hoſtibus. Idololatriæ iuſtā pœnā notat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pheta miſſo ſubduxit Iſraelitas ex Ægypto Dominus,
itaque per prophetam cuſtoditi ſunt. 13 Iritant
Ephraimitæ, dum magis ac magis in dies peccant: ſed
redũdabit in eos effuſus ſanguis innocẽs, atque ſuum
illis probrum reddet ipſorum Dominus.

CAPVT XIII.

1 CVM vel vnus quiſpiam de Ephraimitarũ ſtir-
pe loqueretur, tremor quondam gentes corripiebat,
principem inter Iſraelitas locum tenebant: vbi verò
eò vſque peccarũt, vt idola colerent, cladibus afficiũ-
tur. 2 Nunc verò etiam peccata augent, factis ſibi
è ſuo argento, vti illis viſum eſt, cõflatilibus, quæ om-
nia nihil aliud ſunt quàm à fabris facta ſimulacra:
decepti ſiquidem à falſis prophetis, operi humanarũ
manuum immolant, tauros vitulis mactant. 3 Iccir-
co matutinæ nubi ſimiles erunt, & rori celeriter eua-
neſcenti, glumæ quam ventus ex area abripit, & fumo
feneſtra ignis è 'fumario. 4 At ego ſum Dominus deus tuus, qui
te ex Ægypto ſubduxi, nec aliũ à me Deũ agnoſces,
nec quiſquã eſt præter me redemptor. 5 Ego quic-
'vobis quid 'illis in deſerto neceſſarium erat ſuggeſsi, terra
'terre de tout y fault vbi 'nihil non deſideraſſetis. 6 Eos cùm aluiſſem,
bene ſaturi animum extulerunt, vnde factum eſt vt
meum cultum deſeruerint. 7 Proinde fuit illis
verbum meum tanquam leo, tãquam pardus ad cal-
lem inſidians. 8 Irruit in eos verbum meum vrſi
orbati more, animi eorum impietatem fregi, non ſe-
cus ac leonum catuli eos necaui, confeci ritu feræ den-

tatæ prædam diſcindentis. 9 Nimirum quoties
facta veſtra ò Iſraelitę corrūpitis,dominantibus invos
nationibus:vbi verò ad meam legem reuertimini, vo
bis opem ferente verbo meo. 10 Vbi nunc eſt rex
tuus?te in omnibus ciuitatibus tuis liberet,& tui iudi-
ces,de quibus illud dicebas,Pręfice mihi regē & prin-
cipem. 11 Tibi regem iratus præfeci,iracūdia per-
citus abſtuli. 12 Repoſita ſunt Ephraimitarū pec
cata, reſeruantur ad vltionem omnes eorum offenſæ.
13 Anguſtia ei & horror,vt tormina parturiēti ſu-
peruenient: filius eſt iam adultus, nec tamen ſapit vt
mei timorem ſciat: itaque ei anguſtiam inferam,qua-
lis eſt mulieris,quæ cùm ſella ſua ſedeat, viribus tamē
ad enitendum deſtituitur. 14 Iſraelitas à cæde re-
demi,ab exitio vindicaui: iam pernicies erit illis ver
bum meum,& ſermones mei exitio: meam illis præ-
ſentiam ſubtraham,quòd legem meam ſint tranſgreſ-
ſi. 15 Nanque illi cùm filij vocentur,vitioſa cumu
lant opera:iam in eos potentem regem inſtar Euri ex
verbo Domini,adducam,qui ex via deſerti aſcendat,
vnde eorum exhaurietur ærarium,& regia vaſtabitur:
is theſauros, omnem denique elegantem ſupellecti-
lem deprædabitur.

fœtus. A fœtu iā maturo,nec ad exeūdum è matris vtero ſatis agili & expedito ducta tranſlatio.
de manu cædis
antehac. ſ.
in cædem
mei ſcilicet
Euri à Domino. i. à me excitati

CAPVT XIIII.

1 R E A peragetur Samaria, quoniam à Dei ver-
bo defecit: gladio confodientur,ac eorum pueri ex-
animabuntur,grauidæ diffindentur. 2 Redi Iſrael
ad timorem Domini dei tui, tua ſiquidem culpa cor-

qui per illas iter fecerint, per eas æternam vitam agẽt:
impij verò, quòd illis ingreſsi non fuerint, in gehen-
nam tradentur.

CHALDÆA INTER-
PRETATIO IOELIS.
CAPVT I.

1 SERMO Domini propheticus cũ
Ioele Phathuelis filio habitus. 2 Au-
dite hoc ſenes, attendite vniuerſi ter-
ræ incolæ, num aut veſtris, aut etiam
maiorũ veſtrorũ tẽporibus iſtud ac-
ciderit. 3 Ea de re veſtris narrate filiis, filij veſtri ſuis,
ac rurſum ex illis prognati, ſubſequẽti ætati. 4 Reſi-
duũ erucæ arroſit locuſta, huius reſiduũ bruchus, bru-
chi deniq; reſiduũ cõſumpſit *attelabus. 5 Expergiſci *locuſta ge-
mi ebrij ac flete, eiulate omnes vini potores propter nus
meracũ vinũ, quod ex ore veſtro ſit prohibitũ. 6 Aſcẽdit
enim ſuper terrã validus atq; innumerabilis populus,
cuius dẽtes leonini ſunt, & molares tanquã catuli *leo- *leonum
nis. 7 Fructus vitium populi mei in vaſtitatem,
ficus in *efflationem animæ redegit, ita detractũ cor- *ita vaſta-
ticem proiecit, vt albicantes earũ propagines remãſe- uit, vt extre-
rint. 8 Planctũ ede Iſraelitica cõgregatio, virginis mo dolore conficiãtur
more, quæ ad lugendum maritũ cui adoleſcẽtula nu- qui vident.
pſerat, cilicio accincta eſt. 9 Deſiere ex æde Do-
mino ſacra, oblationes & libamina, lugẽt qui in ea mi-

niſtrant ſacerdotes. 10 Deuaſtati ſunt agri, terra
deſolata: quia defecit frumentum, exaruere vites,
foliis ſpoliatæ ſunt oleæ. 11 Erubeſcite agricolæ,
eiulate vinearum cultores, ob triticum & hordeum,
cum meſsis agri defecerit. 12 Vites aruerint, foliis
Alia lectio pomi, pluraliter defluxerint oliuæ: mali punicæ, quin & palmæ, *pomus, in ſumma omnes cāpeſtres arbores exaruerint:
ſublato denique ex mortalibus gaudio. 13 Accingimini & plāgite ſacerdotes, eiulate qui ad altare miniſtratis, ingredimini, pernoctate in ciliciis miniſtri
dei mei: ſiquidem ex æde deo veſtro ſacra prohibitæ
ſunt oblationes & libamenta. 14 Indicite ieiuniū,
concionem conuocate, ſeniores cogite, omneis denique regionis incolas, & in ædē Domino deo veſtro
ſanctā intrate, atque ad eum preces fundite. 15 Heu
propter diem: inſtat nanque dies ille à Domino adfuturus, & is quidem vaſtitati ſimilis quæ ab omnipotēte Domino venit. 16 An non vel nobis ipſis cernentibus frumentum defecit, è ſacroſancta dei noſtri
æde lætitia deſiit atque exultatio? 17 Soluta ſunt
ſub ſuis operculis dolia vinaria, deſolatæ apothecæ,
collapſa horrea, quippe deficiente tritico. 18 Ingemiſcit admodum beſtia: perplexa ſunt armēta boum,
quòd paſcuo careant: ouium quoque greges deſolati
ſunt. 19 Ad te Domine preces fundo: quia Eu-
paſtoritias rus vehemens velut ignis manſiones *deſerti cōſumpſit, omnes campi arbores flamma depopulata eſt.
20 Etiā campeſtres beſtiæ in te ſperant: quia ex-

aruerunt aquarũ aluei,& Eurus ignis more vehemens
deſerti manſiones abſumpſit.

CAPVT II.

1 CLANGITE buccina in Sion, perſonate in
monte meo ſancto, contremiſcant omnes terræ inco-
læ: quoniam appetit dies à Domino affuturus, quo-
niam propè eſt. 2 Dies tenebroſus & obſcurus,
dies nubilus & caliginoſus: vt matutina lux ſuper mõ
tes diffuſa, ſic multus robuſtúſque populus, cuiuſmo-
di neque ab orbe cõdito fuit, neque vlla poſthac æta-
te futurus eſt. 3 Ante quem ignis deuorat, ponè
flamma depopulatur: ante eum horto Eden terra ſi-
milis erat, pòſt verò vaſtum deſertũ: quin & per eum
improbis euadere non licet. 4 Equorum ſpeciem
præ ſe ferunt, & equitum more currunt. 5 Qualis
curruum eſt ſtrepitus ſuper montium cacumina, ſic
ſubſiliũt, planè eodem ſonitu qualem edit ignis flam-
ma, dum aridam ſtipulam abſumit: forti populo per-
ſimiles qui ᵃacies bellicas nouit. 6 Ad eius con- ᵃordines prælii
ſpectum horrent populi, omnes vultus ollę more ᵇfu- ᵇfuſcedine nigra
ligine obducuntur. 7 Heroum ritu currunt, mu-
rum vt viri bellicoſi conſcendunt, gradiũtur ſuo quiſ-
que loco, nec ᶜiter ſuum remorantur. 8 Se mutuò ᶜſemitas ſuas
non vrgent, via quiſque ſua inſiſtit, quoquò ſeſe ᵈdif- ᵈvertant
fundant, occidũt, nulla adducti pecunia. 9 In vr-
be armãtur, ſuper murum currunt, domos inſcendũt,
per cancellos furum more irrumpunt. 10 Præ eo
deſolatur terra, tremunt cœli, ſol & luna obſcurantur,

in ſe retra- hunt ſplendorémque ſuum ſtellæ *amittunt. 11 Ac Do-
minus per verbum ſuum acclamat ſuo exercitui: quia
copioſiſsimus eſt eius exercitus, potẽtes qui i eius ver-
bo obtemperant, quia denique magnus eſt & præua-
lidus dies ille à Domino affuturus, & quis eum ſuſti-
nere poſsit? 12 Sed & nunc ad meam, inquit Do-
minus, religionem toto pectore veſtro redite, ac ieiu-
nio, fletu & planctu. 13 Atque animi veſtri im-
pietatem excutite, ídque non diſciſsis veſtibus, & ad
cultum Domini dei veſtri reuertimini: eſt enim cle-
mens ac miſericors, qui iram diu cõtineat, in bono &
veritate, iuſtitia *æquo faciendo multus, quíque verbum ſuum, quo
minùs malum inferat, facilè reuocet. 14 Si quis ſeſe
peccatis aſtrictum norit, reſipiſcat, & veniam impe-
trabit, & quiſquis reſipuerit, ſuæ illi noxæ condona-
felicia omnia conſequetur buntur, ac *benedictiones conſolationéſque recipiet,
vt perinde ipſius oratio habeatur, ac eius qui in ſacro-
ſancta æde Domini dei veſtri victimas offert & liba-
menta. 15 Clangite buccina in Sion, decernite ie-
iunium, concionem indicite. 16 Populum cogi-
parate te, eccleſiam *inuitate, ſeniores cõgregate, pueros ad-
ducite, & eos qui mammas ſugũt: exeat ex intimo cu-
biculo ſuo ſponſus, ſpõſa è geniali thalamo. 17 Plo-
rent inter veſtibulum & altare ſacerdotes qui Domi-
no miniſtrant, Parce, inquientes, populo tuo Domi-
ne, neque probris tuam hæreditatem expone, vt illis
gentes dominentur: cur inter nationes iactaretur, Vbi
ſunt qui dei veſtri verbo ſunt liberati? 18 Suæ ergò

terræ pepercit,ſuíque populi miſertus eſt Dominus.
19 Ac reſpondens dixit ſuo populo: En ego vo-
bis triticum, vinum atque oleum "benedico,his ſatia-
bimini, neque vltrà vos probro eſſe apud gẽtes famis
cauſa patiar. 20 Ac procul à vobis populum qui
ab aquilone venit, ſummouebo, ínque vaſtam ac de-
ſertam terram relegabo, eius caput ad mare orientis,
extremum verò ad mare occidentis,aſcendétque eius
fœtor,diffundetur graueolẽtia, quia plurimis damnis
affecit. 21 Ne timeas terra Iſrael, exulta & lęta-
re:"in te enim bonis quàm plurimis Dominus popu-
lum ſuum affecit. 22 Ne timeatis campeſtres be-
ſtiæ: cùm"coronatæ ſint deſerti manſiones,cùm ar
bor germen ſuum "ſecundet, fructus ſuos ferant ficus
& vites. 23 Et(vos) filij Sion de verbo Domini
dei veſtri exultate & gaudete:quoniam vobis docto-
res veſtros "ad iuſtitiam reſtituit, & vobis primã plu-
uiãm ſuo tempore,ac ſecundã menſe Martio depluit.
24 Vt frumento repleantur areæ, vino redundent
torcularia,& oleo lacus. 25 Sanè bonos vobis an-
nos rependã, vice eorum quibus vos deprædatæ ſunt
gentes,populi,"nationes,principes & regna, "vindicta
magni illius mei exercitus,quam in vos immiſi.
26 Itaque abundè comedetis & ſaturabimini, ac
Domini dei veſtri nomen celebrabitis, qui vobis res
miras geſſerit, neque vnquam in confuſionem meus
populus adducetur. 27 Scietíſq; me præſentiam
meam apud Iſraelitarũ genus collocaſſe, & me Do-

"fortuno, augeo

"te in gratiã ſui populi fœcundat.

"bonus cumulatæ & affluentes

"feliciter proferat

"qui vos iuſtitiam doceant,

"linguæ,

"appoſitio.

minum eſſe deum veſtrum, neque alium eſſe, neque
vnquam in cõfuſione erit populus meus Iſraeliticus.
28 Poſthæc autem Spiritum ſanctũ meum in om-
nem carnem effundam, & vaticinabuntur veſtri filij
ac filię, ſeniores veſtri ſomnia ſomniabũt, iuuenes vi-
ſa videbũt. 29 Quinetiam in ſeruos & ancillas il-
lis temporibus Spiritum ſanctum meum effundam.
*ponam 30 Signáque in cœlo & terra *edam, ſanguinem,
ignem & columnas fumi. 31 Sol in tenebras, lu-
na in ſanguinem vertetur, prius quàm adueniat dies
magnus ille ac formidabilis, à Domino affuturus.
*in nomine, per nomen 32 Ac quiſquis *nomen Domini orarit, ſaluus fiet:
in monte enim Sion, quemadmodum ait Dominus,
ſalus erit, & ſuperſtitibus quos ille inuitat.

CAPVT III.

1 NAM ecce illis diebus ac ea tempeſtate qua
Iudæos & Ieroſolymitanos exules, reducã. 2 Om-
neis gẽtes coactas in vallem iuriſdictionis deducam,
vbi de illis pœnas ſumam, ob populum hæreditatémque meam Iſraelitas, quos inter nationes diſperſerũt,
& terram meam ſunt partitæ. 3 Ac in populum
meum ſorte ducta, puerum pro ſcorti mercede dede-
runt, puellam vino vendiderunt, vnde potarent.
4 Sed & vos Tyre, Sidon, atque omnes Palæſtino-
*q. d. nihili rum fines, *quid apud me habemini, an mihi iniuriam
*i. retaliare cogitatus? *retaliatis? Quod ſi facitis, quamprimùm veſtram in
caput veſtrum mercedem retorquebo. 5 Qui ar-
gentum aurúmque meum cepiſtis, & quicquid erat

elegantium precioſorúmque vaſorum in fana veſtra
intuliſtis. 6 Iudæóſque ac Ieroſolymitanos Græ-
cis vendidiſtis, vt procul eos à ſuis finibus abigeretis.
7 En ego illos palam ex loco in *quem eos vendi- *deportandos ſcilicet
diſtis, adducam, & veſtram mercedem in caput veſtrũ
rependã. 8 Traditurus veſtros filios ac filias in ma-
num Iudæorum, qui eos Sabæis genti longè diſsitæ:
ita enim verbo Domini pronunciatum eſt, vænũda-
bunt. 9 Proclamate hoc per nationes, deſtinate bel-
latores, veniant palàm fortes, appropinquent & aſcẽ-
dant omnes viri bellicoſi. Vomeres veſtros in enſes,
& veſtras falces in lãceas aptate: qui imbellis eſt, ſe for-
tem eſſe dicat. 10 Congregentur & adſint omnes
vndiquaque populi, atque accedant: ibi ſtrenuorum
quos habebunt, robur franget Dominus. 11 Ve-
niant apertè atque aſcendant nationes in vallem iuri
decidendo deſtinatam: illic enim ad ius omnibus cir-
cunquaque populis dicendum apparebo. 12 Gla-
dium in illos ſtringite: adeſt enim tempus finis eorũ:
deſcendite, calcate cæſos eorum viros fortes, vt vina-
cium quod in torculari conculcatur, eorũ ſanguinem
fundite: multa enim fuit eorum improbitas. 13 Co-
piæ, copiæ, in *valle iuris ſtatuendi: inſtat enim dies ille *adeſte ſcilicet
qui à Domino venturus eſt, in valle iuris ſtatuendi.
14 Sol quidem & Luna obſcurati ſint, ſuúmque
fulgorẽ ſtellæ amiſerint. 15 At Dominus è Sion
proclamabit, è Ieroſolyma *verbum ſuum attollet, & *vocem & opem ſuam.
cœlo terráque cõtremiſcentibus ſuo populo fulcrum

erit Dominus,& auxilio Iſraelitis. 16 Ac ſcietis
quòd ego Dominus deus veſter pręſentiam meam in
Sion monte meo ſancto poſuerim, erítque Ieroſoly-
ma ſacroſancta, neque per eam vltrà externi tranſi-
bunt. 17 Eo ipſo tempore vino mero montes abū-
dabūt,colles bonis affluēt, atque omnes Iudææ gen-
tis aluei aquis ſcatebunt, prodibítque ex ſacroſancta
æde Domini fons,qui vallē Sittim riget. 18 Ægy-
ptus in vaſtitatem, Idumæa in vaſtum redigetur de-
'vi ſertum,præ 'atrocitate in Iudæos, quorum in terra ſua
ſanguinem effuderunt innoxium. 19 Iudæa verò
æternū ſtabit,Ieroſolyma in omne æuum. 20 Ac
quorum ſanguinem de gentibus vindicaui, ſum etiā-
num vindicaturus, inquit Dominus, qui ſuā in Sion
ſedem fixit.

CHALDÆA INTERPRETATIO AMOS.

CAPVT I.

1 VERBA Amos, qui pecuarius erat,
Tecoa ortus,quæ de Iſraele prædixit,
Oziæ regis tribus Iuda,& Ieroboam
filij Ioas regis Iſraelis tēporibus,bien-
nio antè quàm accideret terræ mo-
tus. 2 Dixit ergò, Dominus è Sion proclamabit,
& 'ver-

& 'verbum ſuum è Ieroſolyma extollet,ac regum de- 'ſermonem, vocem
uaſtabuntur ſedes,arciúmque eorum robur 'profliga- 'deſolabitur
bitur. 3 Ita inquit Dominus: Super tribus & ſuper
quatuor Damaſci ſceleribus, nequaquam illis remit-
tam,propterea quòd tribulis ferreis incolas Galaadi-
ticæ regionis triturarunt. 4 Atque ignem in ædes
Hazaelis immittam,qui & filij Hadad palatia delebit.
5 Ac vires Damaſci frangã,exciſo ex Bicat-auen
habitatore,& ex Beth-eden,qui rerũ potiatur,ac Cy-
renen,inquit Dominus,migrabit Syriæ populus.
6 Sic ait Dominus: Super tribus & ſuper quatuor
Gazæ ſceleribus, non illis ignoſcam, quòd eos planè 'Iudæos. Relat. ſine antec.
in exilium egerint,Idumæis tradentes. 7 Sed in
Gazæ muros ignem immittam,qui eius abſumet pa-
latia. 8 Deletóque ex Azoto incola, & ex Aſcalo-
ne qui rerum potiatur, potentem plagam meam in
Accaronem conuertam, vt Palæſtinorũ, inquit Do-
minus Deus,reliquiæ intereant. 9 Sic ait Domi-
nus, Super tribus ſupérque quatuor offenſis Tyri, nõ
condonabo illis, quòd abſoluto exilio 'eos Idumæis, 'vt paulò antè
fraterni fœderis immemores,tradiderint. 10 Ita-
que ignem in mœnia Tyri immittã, qui eius diſper-
det palatia. 11 Sic dicit Dominus. Super tribus ſce-
leribus Edom, & ſuper quatuor,nõ parcam illi, quòd
fratrem ſuum gladio ſit inſectatus, 'corrupta miſera- 'violata natura quæ fratres arcto iungit vinculo
tione ſua internecionem exercens perpetuam, irám-
que ac indignationem immortalem ſeruans. 12 Ita-
que ignem immittam in Auſtrum: is Boſræ palatia

ſanctum nomen meum profanent. 8 Intereà in pi-
gneratitiis lectis *propter omneis aras ſuas diſcumbē- *ad
tes, & vinum, in æde ſuorum idolorum, rapina colle-
ctum bibentes. 9 Cùm ego Amoræum ab eorum
conſpectu deleuerim, qui inſtar cedrorum procerus
erat, & robuſtus in morem quercuum, exciſo ſuper-
nè eius fructu, infernè radicibus. 10 Cúmque ego
vos ex Ægyptiaca terra ſubuectos, per deſertum an-
nis quadraginta duxerim ad Amoræi regionem poſ-
ſidendam. 11 Ac de filiis veſtris prophetas, de ve-
ſtris adoleſcentibus doctores ſtatuerim: an verò non
ita eſt, ò Iſraelitæ, inquit Dominus? 12 At docto-
res veſtros vino *decepiſtis, & prophetis, ne vllā om- *errare fe-
nino prophetiam ederent, interdixiſtis. 13 En ego ciſtis
vobis anguſtiam inueham, vóſque ita veſtro in loco
arctabo, vt arctari ſolet plauſtrum manipulis onuſtū.
14 Peribítque ei qui velox eſt perfugium, nec qui
robuſtus eſt vireis ſuas tuebitur, nec ſuæ vitæ fortis cō-
ſulet. 15 Non conſiſtet qui arcum tenet, nō euadet
leuis pedibus, nec vitā ſuā eques ſeruabit. 16 Quí
que inter ſtrenuos fortiſsimo eſt animo, nudus iner-
mis illo tempore, inquit Dominus, aufugiet.

CAPVT III.

1 Sermonem hunc audite Iſraelitæ, quem de vo-
bis Dominus pronunciat, hoc eſt de tota ea gente quā
ex Ægyptiaca regione *ſubduxi, hunc in modum. *enallage
2 Vos duntaxat ex omnibus orbis nationibus ac- perſonæ.
ceptos habui: què fit vt à vobis pœnam omnium ve-

ſtrorum delictorum poſcam. 3 Num ſimul eunt
duo, niſi inter eos conuenerit? 4 Num leo prædã
cùm non habet, in ſylua rugiat? num leonis catulus è
luſtro ſuo vocem attollet, niſi quid ceperit? 5 Num
niſi ei tẽſis inſidiis in laqueum ſuper terram auis incidet, ſi 'non ſit in eã
'tolletur comparata venatio? num è terra 'ſoluetur laqueus, ſi
nihil prorſus ceperit? 6 Num in ciuitate tuba non
ſuo tempore clangitur, ita vt qui in ea eſt populus non
cõmoueatur? quicquámne in ciuitate mali eſt, cuius
nõ ſit auctor Dominus? 7 Neque enim rectè quic-
quam à ſe fieri exiſtimat Dominus, niſi prophetis ſer-
uis ſuis arcanum ſuum detexerit. 8 Rugiente leone
quis non pertimeſcat? Domino deo locuto quis pro-
phetiam non recipiat? 9 Nunciate per Azoti palatia,
per Ægyptiæ terræ palatia, ac dicite, Congregamini
ſuper Samariæ montes, & multos intra eam tumul-
'facere tus, atque in ea oppreſſos videte. 10 Nec legem 'ob-
ſeruare ſciunt, inquit Dominus: qui rapina ſuos im-
plent theſauros, & palatia præda. 11 Quamobrem
'accidet ſcilicet ſic ait Dominus deus, 'Terrę grauiſsima afflictio, qua
& tuum ex te robur confringetur, & tua diripientur
palatia. 12 Ita inquit Dominus, Quemadmodum
ex ore leonis paſtor duo crura vel auriculam eripit, ſic
eripientur Iſraelitæ Samariam incolentes, imperij vi-
'teſtes aduocate ribus & Damaſco freti. 13 Audite & 'conteſta-
mini in Iacobæam domum, inquit Dominus deus,
deus exercituum. 14 Quo enim tempore Iſrae-
litarum delicta in eos animaduertam, animaduertam

& in eos qui altaribus Betheli cultum exhibent, præ-
cidentúrque cornua altaris, & in terram decident.
15 Ac hibernam domum vnà cum æſtiua percu-
tiam, pereuntibus ædibus ebore cælatis, multis deni-
que conſumptis domibus, inquit Dominus.

CAPVT IIII.

1 AVDITE hãc ſententiam diuites opum, qui
in monte Samariæ agitis, qui pauperes opprimitis, &
inopibus vim facitis: qui dominis veſtris dicitis, Præ-
ficite nos, & prædabimur. 2 Iurat per verbũ ſuũ,
per ſanctitatem ſuam Dominus deus, quòd ecce ſu-
peruentura ſunt vobis tempora, quibus vos gentes ſuis
clypeis 'tollent, & veſtras filias cymbis piſcatoriis. *'abducent, enleueront*
3 Et vobis diruto muro, vos 'inuicẽ collectos edu- *'quenque ex aduerſo ſui*
cent, atque vltra montes Armeniæ, inquit Dominus,
deportabunt. 4 Contendite Bethelem & rebel-
late, Galgalę peccata cumulate, manè veſtras victimas,
ad triduum decimas veſtras afferentes. 5 Et ex ra-
pto gratulatorium ſacrificium colligentes, atque illud
cum cantico adducentes, ídque acceptum eſſe dicti-
tãtes: ſic enim amatis Iſraelitæ, inquit Dominus deus.
6 Vnde & ego vobis dentium 'ſtuporem in om- *'rubiginem*
nibus vrbibus veſtris tribui, & in omnibus locis veſtris
annonæ penuriam: nec ad me colendum, ait Domi-
nus, reditis. 7 Inſuper ego vobis imbrem totis tri-
bus ad meſsis tempus menſibus denegaui, ſuper vnã
ciuitatem pluens, ſuper alteram non pluẽs: deſcendẽte
in vnum prędium pluuia, eo interim prædio in quod

ſtrata eſt, non eſt qui eam erigat. 3 Sic enim ait Do-
minus deus. Qua ex vrbe mille egrediuntur, in ea
centum reliqui erunt, & ex qua centum exeunt, in ea
vix decem remanebunt Iſraelitico generi. 4 Sic e-
nim Iſraelitas cōpellat Dominus. Studete timori mei,
& viuetis. 5 Nec Bethelem proficiſci ſtudete, Gal-
galā ne veniatis, *per Beer-Seba iter ne feceritis: pror- *vel in
ſus enim Galgalæi ſolum vertent, & qui Bethele ido-
la colunt, in nihilum redigentur. 6 Timori Domi-
ni incumbite, & viuetis: ne fortè ſicut ignis exardeſcat
in Ioſephæum genus eius ira, ita diſperdens vt non ſit
qui extinguat, ob delicta quibus Bethele idola colui-
ſtis. 7 Qui ius in abſynthium cōuertatis, iuſtitia hu-
mi proſtrata. 8 Eum timere deſieritis, qui Arcturū
fecit & Orionē, caliginem luce commutat, & diem
nocte obtenebrat, qui copioſos aquarum more exer-
citus colligi iubet, ac ſuper terræ faciem diſpergit, cui
nomen eſt Dominus. 9 Qui imbecilles ſupra for-
tes roborat, & deuaſtatis imperium in validas eorum
arces tribuit. 10 Eum denique odiſtis à quo in iu-
dicio de lege arguimini, & qui æqua loquitur peruer-
titis. 11 Quamobrem pro eo quòd pauperes expi-
latis, atque inopes per vim opprimitis, quadro lapide
domos ædificaſtis, ſed eas non inhabitabitis: elegan-
tiſsimas vineas conſeuiſtis, at earum vinum non bibe-
tis. 12 Mihi enim notum eſt multas eſſe veſtras de-
fectiones, graues auerſiones veſtras: qui innocentem
accipiendæ iniquæ pecuniæ gratia arctetis, & cauſam

in morem aquarum iudicium, & iuſtitia tãquam ra-
pidus torrens. 25 An verò mihi ſacras in deſerto ho
ſtias annis quadraginta obtuliſtis Iſraelitæ? 26 Imò
verò Siccuth inter idola veſtra eximium geſtaſtis, &
'delineationem ſimulacrorum veſtrorum, ſidus de- *'Al. placẽtã*
nique idoli veſtri quod vobis feciſtis. 27 Vos ergò,
inquit is cui nomen eſt Dominus exercituum deus,
vltra Damaſcum relegabo.

CAPVT VI.

1 HEV qui in Sion ſumma felicitate fruuntur,
& in arce Samariæ confidunt, liberis ſuis nomina im-
ponunt, cuiuſmodi ſunt ex gentibus prognatorum, &
omnium quibus Iſraelitæ nituntur. 2 Tranſite in
Calnen & videte, inde in Antiochiam magnã, ac de-
ſcendite in Gath Palæſtinorum, quæ iſtis regnis po-
tiora ſunt, num eorum fines veſtris ampliores ſint.

3 'Ipſi diem aduerſum à ſe amoliũtur: vos autem *'populi iam*
in concione veſtra rapinam cumulatis. 4 Iacentes *dicti. Alij*
in lectis ebore cælatis, quibus ſuperſtrata ſunt aulæa, *Iſraelitas*
pinguiſsima quæque de ouium grege, & è medio ſa- *mutata per-*
ginario vitulos comedẽtes. 5 Qui ad nablum pſal- *ſona intelli-*
lunt, Dauidis more ſibi organa muſica concinnant. *gũt, vt He-* *bræa ſonãt.*

6 In argenteis phialis vinũ potant, vnguentis exi-
miæ bonitatis delibuti, neque eos Ioſephi plaga malè
habet. 7 Itaq; mox exulabũt inter primos exules, fa-
ceſſẽtque ab illis luxuries & mollities. 8 Iurat per
verbum ſuum Dominus deus. Abhorreo ego, inquit
Dominus Deus Iſrael, ſacroſanctã ædem domus Ia-

cob, eiúſque auerſor palatia: itaque vrbem tradam,&
quibus illa repletur. 9 Síque in vna domo decem
viri remanſerint, morientur. 10 Tollétque eorum
vnumquenque propinquus eius ex incendio, vt oſſa è
domo educat, ac dicet ei qui in penetralibus domus
fuerit, Superéſtne apud te quiſquam? qui vbi nullum
ampliùs eſſe reſponderit, Amoue, inquiet: etenim dũ
viuerent, nomen Domini non implorabant. 11 Ec-
ce enim *iubebit Dominus & percutiet regnum qui- *iuſſu Domini percutietur, &c.
dem magnum vehementi plaga, paruum verò remiſ-
ſiore. 12 Num in rupe currunt equi, aut bobus ara-
tur, quòd ius in noxiorum ſerpentum *virus verteri- *caput
tis, fructúſque iuſtitiæ in abſynthia? 13 Qui nequic-
quam lætamini, An nô, inquientes, nobis proprio ro-
bore opes parauimus? 14 Sanè ecce ego gentem
in vos ò Iſraelitę, inquit Dominus deus, ſuſcitabo, quę
vos ab Antiochiię ngreſſu ad torrentem vſque plani-
ciei arctabit.

CAPVT VII.

1 TALE quidpiam oſtendit mihi Dominus
deus: Ecce locuſtarũ *examen, quando primùm pul- *creatura
lulare incipit fœnum cordũ, atque ecce germen exi-
guum, poſtquam reſectum eſſet fœnum regium.
2 Fiebátque vt cum herbam depaſcere abſoluiſſet,
dicerem, Fac hoc abs te precibus impetrem Domine
deus, age ignoſce delictis reliquiarum Iacob: quis ſtet
vt pro peccatis eorum, quando vagi ſunt, deprecetur?
3 Deferbuit in hoc ira Domini, Non erit ratũ,

ait Dominus. 4 Oſtendit & hoc mihi Dominus
deus,q̧ ecce igni iudicaturus eſſet Dominus deus,qui
quidem & voraginem magnam exhauſerat, & præ-
dium abſumpſerat. 5 Tum dixi,Sine te, Domine
deus,exorem, age reliquiarũ Iacobææ domus noxas
remitte quis ſtet vt pro eorum peccatis,ſiquidem er-
rones ſunt, oret? 6 Reſtinxit & ſuper hac re Do-
minus iram ſuam,Non fiet,inquit Dominus deus.
7 Rurſum oſtendit mihi:ecce ſtabat ſuper murum
iudicij Dominus, erátque in eius conſpectu iudiciũ.
8 Dixítque Dominus ad me,Quid vides Amos?
Iudiciũ, inquam. At Dominus, Ecce ego,inquit,iu-
dicium intra populum meum exercebo,neque illi vl-
trà condonabo. 9 Vaſtabuntúrque excelſa Iſaac,
deſolabuntur Iſraelis ſacraria, atque in familiam Iero-
boam excitabo qui gladio trucident. 10 Miſit autẽ
Amaſias antiſtes Bethelis ad Ieroboam Iſraelis regẽ,
in hæc verba: Conſpirauit in te Amos inter Iſraelitas,
non poſsit terra cunctá eius verba *ferre. 11 Sic e- *Vſque adeo ſunt grauia & atrocia.
nim ait Amos. Ieroboam gladio necabitur, Iſraelitæ
verò omnino è patria ſua exulabunt. 12 Ad Amos
verò dixit Amaſias: Propheta,age confer te in regio-
nem domus Iuda,illic viue,illic vaticinare. 13 Por-
rò Bethele ne deinceps vaticinator: quandoquidem
regis eſt ſacrarium,regia eſt. 14 Reſpondens autem
Amaſiæ Amos, Nec ſum,inquit, propheta, nec pro-
phetæ filius,ſed ſum pecuarius,ac in campeſtribus ſy-
comoros habeo: cæterùm me ipſe ob Iſraelitici po-

puli delicta excrucio. 15 Abſumpſit autem me è
caula, dum gregem ſequor, Dominus, Agedum, in-
quiens, apud populum meum Iſraeliticum prophetiā
edito. 16 Nunc ergo ſermonē accipe Domini, Tu
vetas ne nomine Domini Iſraelitis vaticiner, néve
apud domū Iſaac doceam. 17 Iccirco ſic ait Do-
minus: Vxor tua in ciuitate ſcortabitur, liberi tui gla-
dio cædentur, fundi tui ſorte diuidentur: tu verò ſu-
per terram immundam diem obibis, & Iſraelitæ pla-
nè ſolum vertent.

CAPVT VIII.

1 EIVSMODI quippiam oſtendit mihi Do-
minus deus: atque ecce vas extremis æſtatis fructibus
plenum. 2 Dixítque, Quid vides Amos? Vas, in-
quam, æſtatis extremis fructibus plenum. Tum dixit
ad me Dominus. Appetiit extrema vindicta in po-
pulum meum Iſraeliticum ventura, deinceps illis non
remittam. 3 Eo, inquit Dominus deus, tempore in
domibus ſuis cantus loco eiulabunt, vbique cadaue-
rum cæſorum copia, vt ſit qui dicat, Proiice & tolle.

4 Hoc audite qui pauperum caput vt terræ puluе-
rem negligitis, ac vos è terra putatis inopum 'mentio- 'verba
nem obliteraturos. 5 Qui dicitis, Quando tandem
menſis aderit intercalaris, vt frumentum vendamus,
& terræ remiſsio, & aperiemus horrea: quò mēſuram
decurtare, ſiclum verò augere liceat, ac bilāces dolo-
ſas falſare? 6 Vt pecunia pauperes coēmamus, at-
que inopes, rei faciendæ cauſa, & frumenti quiſquilias

vendamus. 7 Iurat Dominus qui amplitudinem
Iacobo tribuit, nunquam eorum cuncta facinora ob-
liuioni tradenda. 8 An verò hac de cauſa nō ſqual-
leat terra, intereat quiſquis eam incolit, atque in eam
rex aſcendat cum ſuis copiis tam multis quàm ſunt
aquæ fluminis, eam totam operiens, eiúſque habita-
tores expellens, ac ipſa velut Ægypti fluuio demer-
gatur. 9 Atq; eo tempore, inquit Dominus deus,
ſolem in meridie obtegam, & terrã in die lucido ob-
tenebrabo. 10 Veſtríſque feriis in luctū & hym-
nis omnibus in lamentum conuerſis, in omneis lum-
bos cilicia inducam, in omne caput caluitium, [*]ea ad [*]terra
vnigeniti luctum atque eius exitu in acerbum tem-
pus redacto. 11 Ecce tēpora, inquit Dominus deus,
affutura ſunt, cùm famem in terram immittam, non
quidem vt fame edendi aut bibendi ſiti laboretur, ſed
audiendi verbi Domini. 12 Ac [*]à mari ad occaſum [*]ab auſtro.
vſq; anhelabitur, & à Septentrionibus ibitur in Oriē-
tem vſque, vt quæratur Domini diſciplina, nec inue-
nietur. 13 Eo tēpore præ laſsitudine deficient Iſrae-
liticæ ſynagogæ, virginibus elegāti forma ſimiles, quę
ob formæ ſpeciem cum flagitioſis adoleſcētibus rem
habuerunt, ac ſiti exanimabuntur & concident.
14 [*]Qui per Samariæ delictum iurant, Viuit, in- [*]vel quæ, hodie ſcilicet.
quientes, numen quod eſt in Dan, viuunt ritus Beer-
ſéba, cadent, inquam, neque vltrà ſurgent.

CAPVT IX.

1 VIDI, inquit propheta, Domini gloriam è

Cherub ſummotam,ſuper altare reſediſſe, ac dixiſſe,
Niſi ad legem redierit Iſraeliticus populus, extingue-
tur candelabrum,occidetur rex Ioſias,ſubuertetur æ-
des,diruentur atria, vaſa ædis ſacroſanctæ in captiui-
tatem ibunt,ac eorum reliquias gladio necabo:nó au-
fugiet qui inter eos fugam meditabitur, non euadet
qui inter eos euadere cogitat. 2 Si vel in infer-
no ſeſe latitare putent,inde verbo meo tollentur: rur-
ſum ſi ædificia vel ad ſummos vſq; cœlos excelſa cô-
ſcenderint,illinc verbo meo detrahentur. 3 Quòd
ſi ſeſe credant abſconſum iri in turrium munitarum
faſtigiis, inde peruestigatoribus mãdabo,qui eos per-
quirant:ſin latebras,vt verbum meum vitent,ſibi ma-
rinas inſulas quærant, illinc gentibus iniungam vali-
dis in morem ſerpentũ,vt eos trucident. 4 Sin verò
ante hoſtes ſuos in captiuitatem abierint, illinc iis iu-
bebo qui gladio cædunt,vt eos cædant: denique ver-
bum in illos meum,in malum,non in bonum côuer-
tam. 5 Sanè Dominus deus exercituum eſt, qui
cùm terram increpat,cômouetur illa,& pereunt qui-
cunque in ea agunt, quíque in eam regem inuecturus
rùs eſt, cum ſuis copiis multis in morem aquarũ flu-
minis, eámque totam obtecturus, vt tanquam Ægy-
pti fluuio demergatur. 6 Qui & glorioſam ſuam
ſedem in excelſo præſidio collocauit, & ſuam in terra
eccleſiam ornauit, cuius verbo tam copioſi colligun-
tur exercitus,quàm ſunt aquæ fluminis,atque eos per
terræ ſolum diſpergit,cui nomen eſt Dominus.

7 An non perinde ac dilecti filij,apud me ò Iſrae-
litæ,inquit Dominus,habemini? an non ex Ægyptia
terra Iſraelitas,Palæſtinos è Cappadocia, Syros è Cy-
rene ſubduxi? 8 Ecce Domino deo aperta ſunt re-
gni impij facti,atque illud è terræ facie diſperdam:e-
nimuerò Iſraelitas,inquit Dominus,non funditus ex-
cidam. 9 Nam ecce equidem iuſſu meo genus
Iſraeliticum per omneis nationes diſpergam, non ſe-
cùs ac cribro agitari *ſolet, ſic vt ne intermedius qui- *triticum
dem in humum decidat lapillus. 10 Gladio quot- ſcilicet
quot in meo populo ſunt impij,necabũtur,qui ſuper
ſe inquiunt non venturum neque properaturum ma-
lum. 11 Eo tempore collapſum Dauidicæ domus
regnum excitabo, *ipſorum arces inſtaurabo, eorum *Iſraelitarũ
cœtus reparabo: hoc cæteris regnis dominabitur, nu-
meroſos conficiet & profligabit exercitus, ipſum de-
nique ſicut priſtinis tẽporibus inſtaurabitur & ſtabi-
lietur. 12 Eò vt Idumæorũ reliquias & omneis na-
tiones poſsideãt Iſraelitæ, *qui de meo vocãtur nomi- *qui mei di-
ne,quò fit vt ego hoc ſim facturus. 13 Ecce tẽpora, cuntur
inquit Dominus,aderũt,quibus arator meſſori,& vuas
exprimens frumentum in ſementim educenti occur-
ret,vinóque mero montes abundabunt,& excolentur
omnes colles. 14 Ac populum meum Iſraeliticum
ab exilio reuocabo,deſertas vrbes inſtaurabunt & ha-
bitabunt,vineas conſerẽt ac earum bibent vinũ,hor-
tos facient,quorum veſcentur fructibus. 15 Atque
adeò eos in terra ſua ſtabiliam,neque vltrà erunt è ter-

ra ſua, quam illis, inquit Dominus deus tuus, dede-
rim, profugi.

CHALDÆA INTER-
PRETATIO ABDIÆ.
CAPVT I.

PROPHETIA Abdiæ. Sic dicit
Dominus deus ad Edom, Nũcium
accepimus à Domino, & legatus
inter nationes miſſus eſt, Surgite, in-
quiens, & nos aduerſus eam ad præ-
lium paremus. 2 En infirmum ſtatui te inter po-
pulos, abiectus es admodum. 3 Impietas cordis
tui te fefellit: quòd ſimilis aquilæ videaris, quæ in ru-
pium fiſſuris agit: cuius in excelſo ſedes ſit: qui apud
*humi peßũ dabit? tete dicas, Quis me in *terram detrahet? 4 Si tete
vt aquila extuleris, & vel inter ſidera domiciliũ tuum
poſueris, inde te detrahã, inquit Dominus. 5 Num
te fures adorti ſunt, nũ prædones nocturni? Quomo-
do ita ſopitus fuiſti, vt quantum ſibi ſatis erat, inuo-
larint? 6 Num verò te raptores tanquam vinde-
*racemos miatores ſunt aggreſsi? An non *racemationem relin-
quunt? Quomodo perueſtigatus eſt Eſau, retecta eius
abdita? 7 Ex finibus dimiſerunt te omnes fœdera-
ti tui, te deceperunt, tibi præualuerunt ij quibuſcum
pacem habebas, menſa tua veſcentes offendiculum
tibi ſuppoſuerunt, quòd mente careas. 8 An non eo
tempo-

tempore, ait Dominus, perdam ſapientes ex Edom,
& virum omnem intellectu prædiιum ex arce Eſau?
Et frangentur fortes tui qui ad meridiem habitant: vt
excindatur vir robore valens ex arce Eſau præ ſtrage.
10 Propter rapinam quã in fratrem tuum Iacob
exercuiſti, operiet te cõfuſio, atque in perpetuum ex-
cinderis. 11 Quo die exaduerſo ſtabas, cùm eius fa-
cultates gentes diripuerunt, in eius ciuitates ingreſsis
exteris, ac in Ieroſolymam ducta ſorte, tu quoque ceu
vnus ex ipſis eras. 12 Vt qui videris diẽ fratris tui,
diem excidij eius: vt qui de Iudæorum calamitate ſis
lætatus, & tempore aduerſo multa magnificè ſuper-
béque locutus. 13 Vt qui ingreſſus ſis in portas po-
puli mei tempore calamitatis eius, & videris etiam tu
malum eius tempore interitus eius, tuáſque manus,
quo tempore res eius acciſæ ſunt, in eius opes immi-
ſeris. 14 Qui denique ad compitum ſteteris, vt eius
fugitiuos internecione deleres, & eius ſuperſtites re-
bus afflictis tradideris. 15 Nam inſtat dies ille, qui
eſt à Domino affuturus in omneis gentes: vt feciſti,
fiet tibi, merces tua in caput tuũ repẽdetur. 16 Quo-
niam ſicut lætati eſtis de excidio mõtis mei ſancti, ſic
bibent omnes populi calicem vltionis ſuæ iugiter, bi-
bent inquam ac obſtupeſcent, erúntque quaſi nun-
quam fuiſſent. 17 At in mõte Sion erit ſalus, erúnt-
que ſancti, ac hæreditariò poſsidebit domus Iacob fa-
cultates gentium, quæ priùs eos poſſederant. 18 Ad
hæc erit domus Iacob valida vt ignis, & domus Io-
G

ſeph robuſta more flammæ: domus verò Eſau debi-
lis tanquam ſtipula, & illis dominantes ſtragem tan-
tam edent, vt nullæ ſint generi Eſau futuræ reliquiæ:
ita enim decreuit Dominus. 19 Ac poſsidebunt
qui Auſtrum tenent, arcem Eſau, qui campeſtria, Pa-
læſtinorum regionem, poſsidebunt item ciuitates
Ephraim & Samariæ: Beniaminitæ verò, incolas Ga-
laaditicæ regionis. 20 Porrò exules de hoc populo
Iſraelitarum, *quæ in Cananæorum terra ſunt *Sa-
reptam vſque: exules verò Ieroſolymitani qui in Hiſ-
pania, ciuitates auſtralis terræ poſsidebunt. 21 Aſcẽ-
dẽntque ſeruatores in montem Sion ad iudicandum
arcem Eſau, ac reuelabitur omnibus terræ incolis re-
gnum Domini.

**poßidebũt ſcilicet. Alij, qui exponunt. *Sarephath*

CHALDÆA INTER-
PRETATIO IONÆ.
CAPVT I.

1 FACTVS eſt ſermo prophetiæ à
Domino cum Iona filio Amittai, in
hæc verba. 2 Surge, proficiſcere
Niniuen vrbem, atque in eam vatici-
nare: quoniam aſcendit in conſpe-
ctum meum eorum improbitas. 3 Surrexit itaque
Ionas vt in mare fugeret, ne nomine Domini vatici-
naretur: & cùm Ioppen deſcendiſſet, nauem inuenit
tendentem in mare, ac dato eius naulo in eam deſcẽ-

dit,quò ſimul cum illis in mare proficiſceretur,ídque
ne propheraret nomine Domini. 4 Dominus au-
tem excitauit ventum magnum ſuper mare,vnde or-
ta eſt ingens in mari tempeſtas, vt penè nauis cõfrin-
geretur. 5 Timuerunt ergò nautæ & orarunt quiſ-
que deum ſuum: ſed *hos cùm nullius eſſe vſus vide- *deos ſuos
rent, nauis impedimentorum iacturam fecerunt, vt præſentem opem ferre
ita nauis leuaretur. Porrò Ionas in imam nauis partem non poſſe.
deſcẽderat, vbi iacens altum dormiebat. 6 Ad ip-
ſum accedẽs magiſter nautarum dixit ei, Quid tu ſo-
pore premeris? Surge ora deum tuum, ſi fortè noſtri
Dominus miſerebitur, ne pereamus. 7 Et dixerũt
inuicem, Agite ſortẽ ducamus, cuius cauſa nobis hoc
malum accidat: cúmq; ſortem duxiſſent, ea in Ionam
cecidit. 8 Ad quem, Agedum,inquiũt,indica no-
bis vnde hoc nobis diſcriminis,quid à te actum, vn-
de adſis,quæ tibi patria & gẽs ſit. 9 At ille, Iudæus,
inquit,ſum,ac Dominum deum cœli timeo, qui ma-
re fecit & continentem. 10 Tunc timore magno
timuerunt homines,atque ei dixerunt,Quid hoc feci-
ſti? Sciebant enim eum à Domino fugiſſe, ſiquidem
illis expoſuerat. 11 Quid ergò,inquiunt ei, tecum
agemus, vt tranquillum nobis mare fiat? Magis enim
ac magis tempeſtas maris inualeſcebat. 12 Dixit au-
tem illis, Sublatum me in mare proiicite,túmque vo
bis mare pacabitur. Scio enim propter me grauem
hanc tempeſtatem vobis eſſe coortam. 13 Cæte-
rùm illi remis cùm cõtenderent, nauim in terram re-

ducere,non potuerunt: quòd magis ac magis marini
fluctus in illos increſcerent. 14 Precantes itaque
Dominum, Suſcipe,inquiebant,precem noſtram.
15 Domine,ne,quæſumus, ob animæ huius homi-
nis peccatum pereamus, nec nobis delictum ſangui-
nis inſontis imputes : tu enim Domine vt tibi colli-
bitum eſt,feciſti. 16 Acceptum ergò Ionam in ma-
re vbi ieciſſent,quieuit ab æſtu ſuo mare. 17 Ac il-
li ingenti metu correpti Domino ſe victimas immo-
laturos receperunt,& vota nuncuparunt.

CAPVT II.

1 PRÆPARARAT intereà Dominus pi-
ſcem magnum,qui Ionam deuoraret : fuítque Ionas
in piſcis viſceribus tribus diebus & tribus noctibus.
2 Fudit autem ad Dominum deum ſuum pre-
ces Ionas è viſceribus piſcis, 3 Ac dixit,Precatus
ſum ex anguſtia mea Dominum, & meā audiit præ-
cationem : è fundo abyſsi cùm oraſſem,orationi meæ
annuiſti. 4 Me quidem in profunda,in cor maris
proiceciſti vt *flumine circunquaque obſidear, me o- *fluentis
mnes ſuperent maris tempeſtates & fluctus. 5 Ego
verò apud me dixeram, Expulſus ſum à verbo tuo:
verùm iterum licebit mihi ſacroſanctum templum
tuum ſpectare. 6 Circundederunt me aquæ ad
mortem vſque,abyſſus me circūuallauit, ſupra caput
meum appenſum eſt mare carectoſum. 7 Ad ra-
dices montium deſcendi, terra ſupra me firmamenta
ſua in perpetuū velut peſſulos obdidit: tibi verò pro-

cliue fuerit, ô Domine deus mi, vitam meam ab inte-
ritu vindicare. 8 Cùm deficeret in me anima mea,
cultus Domini ſum recordatus, ac tuum conſpectum
ſubiit oratio mea, in templũ ſanctum tuum. 9 'Non 'non agam
ſicut gentes idolorum cultrices, quibus ex quo bene ſcilicet
factum eſt, haudquaquam agnoſcunt. 10 Sed ego
cum laude gratulatoria oblationem meam apud te of
feram, vota perſoluam ob ereptam orando Domino
animam meam. 11 'Dixit autem Dominus piſci, 'iuſsit
& euomuit Ionam in aridam.

CAPVT III.

1 FACTVSQVE eſt ſermo prophetiæ à
Domino cum Iona ſecundò, ad hunc modum.
2 Surge, proficiſcere Niniuen ciuitatem magnam,
& aduerſus eam ede quam tibi dico prophetiã. Sur-
rexit ergò Ionas, & iuxta ſermonẽ Domini Niniuen
contendit. Erat autem Niniue vrbs apud Dominum
magna, itinere tridui. 3 Cúmque cœpiſſet Ionas
vrbẽ ingredi vnius diei itinere, proclamans, Poſt dies,
inquiebat, quadraginta ſubuertenda eſt Niniue.
4 Crediderunt verbo Domini Niniuitæ, ac ieiu-
nio indicto ciliciis tam magni quàm parui ſeſe accin-
xerũt. 5 Quæ res cùm ad regem Niniues eſſet de-
lata, è ſolio regio cõſurgens exutis precioſis ſuis veſti-
bus, cilicium induit, & ſuper cinerem ſedit. 6 Ac
promulgari iuſsit per Niniuen, regis optimatúmque
eius decreto, in hanc ſentẽtiam, Neque homines, ne-
que iumenta, boues aut oues quicquam guſtãto, nec

paſcuntor,neque aquam bibunto. 7 Sed ſaccis ho-
mines & iumenta operiũtor, totiſq; viribus Dominũ
oranto,& cõuertuntor à via quiſque ſua mala,atque à
rapina quã habet præ manibus. 8 Si quis ſeſe deli-
ctis teneri ſciat,ab illis reſipiſcito : atque eius miſertus
Dominus recedet ab incandeſcẽtia iræ ſuæ, nec peri-
bimus. 9 Cùm ergò eorũ facta Domino innotuiſ-
ſent, vt à malis ſuis moribus reſipuiſſent, pœnituit eũ
mali quod illis inferre decreuerat,nec intulit.

CAPVT IIII.

1 Id grauiſsimè tulit Ionas,& indignatus eſt. 2 Ac
*Quæſo Domine — Dominum orãs,Suſcipe,inquit,*precem meam Do-
mine, an nõ hic erat ſermo meus, dum adhuc in ter-
ra mea eſſem? Propterea fugere in mare acceleraui,ꝗ
ſcirem te deũ eſſe miſericordem, clementẽ, iræ potẽ-
tem,in benefaciendo prolixũ,& qui ſententiã mutare
ſoleas,ne malũ inferas. 3 Nunc itaque Domine tolle
quæſo à me hãc animam: mori enim mihi quàm vi-
uere ſatius fuerit. 4 At Dominus, An vehementer,
inquit,indignaris? 5 Ac egreſſus vrbẽ Ionas ſedit ad
Orientem ciuitatis, ſibíque eo loco vmbraculũ fecit:
ſub quo egit,quoad videret quid vrbi tãdẽ accideret.
6 Parauit autẽ Dominus ricinũ: quæ & ſupra Ionã
aſcendit,vt ſuper eius caput vmbrã faceret,quò à ma-
*leuaretur — lo ſuo *protegeretur: de qua ricino ſupramodũ gauiſus
eſt Ionas. 7 Poſtridie ſub auroræ aſcenſum parauit
Dominus vermem,qui cùm ricinũ arroſiſſet,exaruit.
8 Item ſub ſolis ortum parauit Dominus Eurum

ſilentiū afferentem: cúmque Ionæ caput ſol percuſſiſ-
ſet, animo deficiens, ac ſibi ipſe mortem optans, Mori,
inquiebat, mihi potius eſt quàm viuere. 9 Cui Do
minus, Tantoperéne ob ricinū ſuccenſes? At ille, Ma-
gnopere, inquit, ad letū vſque. 10 Subdit Dominus,
Tu ricino parcis, in qua nō laboraſti, quā nō euexiſti,
quæ hac nocte nata, ſubſequente periit: ego Niniues
vrbis magnæ nō miſerear, in qua ſunt ſupra centū vi-
ginti hominum milia, qui dextram neſciūt à læua di-
gnoſcere, & multa iumenta?

CHALDÆA INTERPRETATIO HAGGÆI.

CAPVT I.

1 ANNO ſecundo Darij regis, menſe
ſexto, prima die menſis, factus eſt à
Domino ſermo ꝓphetiæ per Hag-
gæum prophetā, ad Zorobabelem
Sealtielis filiū, domus Iuda principē,
& ad Ieſum filium Ioſadac ſummum ſacerdotem, in
hæc verba. 2 Sic ait Dominus exercituum, *dicēdo. *Abundat Latinè.
Populus iſte dicit nondum inſtaurandæ ſacroſanctæ
ædis Domini tēpus adeſſe. 3 Factúſque eſt ſermo
prophetiæ à Domino per Haggæum ad hūc modū.
4 Itáne vobis cōſentaneum videtur, vt vos quidē
domos habitetis cedrinis tabulatis cōtectas, hæc autē
ſacra ædes ſit ruinoſa? 5 Nūc itaque ſic ait Domi-

nus exercituum, Animum ad res veſtras adiicite.
6 Multa quidem ſeminatis, at parum infertis: edi-
tis, at non ſatiamini: bibitis, nec inebriamini: induimi-
in maledi-ctionem ni, nec caleſcitis, & qui meret, 'infeliciter meret.
7 Sic dicit Dominus exercituum, Animũ ad vias
veſtras aduertite. 8 Aſcendite in monteis, afferte
ligna, & ædem extruite, ac gratum mihi erit vt meam
in ea ſedem cum gloria collocem, inquit Dominus.
9 Ad multum ſpectatis, & euadit exiguum: atque
hoc cùm domum intuleritis, in illud maledictionem
immitto. Quãobrem, inquit Dominus exercituum?
Propter ædem meã ſacram, quæ deſolata eſt: vos au-
tem in ſuas quiſque ædeis curritis. 10 Iccirco pro-
pter peccata veſtra cœli deſinũt pluuiam demittere,
& terra fructus producere. 11 Et vocaui ſquallorem
ſuper terrã, ſuper mõtes, ſuper triticũ, vinũ, oleum, &
quicquid terra profert, & ſuper homines ac iumenta,
ſuper omnem denique laborem manuum. 12 Au-
diuit Zorobabel Sealtielis filius, & Ieſus filius Ioſadac
ſummus ſacerdos, & reliquus populus, dictũ Domini
dei ſui, & verba Haggæi prophetæ, ſicut eum miſerat
Dominus deus eorũ, timuítque à Domino populus.
13 Dixítque Haggæus Domini propheta, legatione
fungens ipſius, ad populum, hoc modo: Verbum, in-
quit Dominus, meum vobis auxilio eſt. 14 Ac ex-
citauit Dominus animum Zorobabelis filij Sealtielis
principis domus Iuda, & Ieſu filij Ioſadac ſummi ſa-
cerdotis, & reliqui populi: itaque venerũt, & opus fe-
cerunt

cerūt in æde ſacra Domini exercituū dei ſui, 15 Die
viceſima quarta mēſis ſexti,anno ſecūdo Darij regis.

CAPVT II.

1 MENSE ſeptimo, viceſima prima menſis ha-
bitus eſt ſermo prophetiæ à Domino per Haggæum
prophetam,hunc in modum. 2 Age dic ad Zoro-
babelem Sealtielis filium, Iudæorū ducem, & ad Ie-
ſum filium Ioſadac ſummum ſacerdotem, & ad reli-
quos de populo,in hanc ſententiam. 3 Quis eſt inter
vos reliquus,qui ædem hanc in priſtino ſuo decore
viderit? nūc verò qualē eam cernitis? an nō perinde ac
ſi nō eſſet,vobis videtur? 4 Sed iam forti es animo,
Zorobabel, inquit Dominus: forti es animo Ieſu fili
Ioſadac ſumme ſacerdos, túque vulgus reliquum,in-
quit Dominus, & facite: ſiquidem verbum meū vo-
bis,inquit Dominus exercituum,erit auxilio. 5 Ver-
bum quod vobiſcū pactus ſum,cum exiretis ex Ægy-
pto,& prophetæ mei inter vos docebunt: nolite me-
tuere. 6 Sic enim dicit exercituum Dominus,Bre-
ue etiamnum tempus ſupereſt,cùm ego cœlum, ter-
ram, mare & continentem commouebo. 7 Ac
omnes gentes commouebo, veniétque quod omni-
bus nationibus eſt optatiſsimū,& gloria ædem hanc,
inquit Dominus exercituum,replebo. 8 Meum eſt
argentum,meum aurum,ait Dominus exercituum.
9 Maior erit, inquit exercituum Dominus, huius
poſterioris ædis quàm prioris gloria, atque in hoc lo-
co,ait Dominus exercituum,dabo pacem. 10 Vice-

ſima quarta noni menſis, anno ſecundo Darij factus
eſt ſermo prophetię à Domino per Haggæum pro-
phetam, ad hunc modũ. 11 Sic dicit Dominus ex-
ercituum, Age roga ſacerdotes legem, his verbis.
12 Si quis carnem ſanctã in limbo veſtis ſuæ ge-
ſtarit, & amictui ſuo panem admouerit, pulmentum,
vinum, aut oleum, aut vllum denique eſculentũ, num
polluetur? Reſpondentes ſacerdotes dixerunt, Mini-
mè. 13 Et Haggæus ait, Si pollutus anima hæc om-
nia contigerit, an erit immũdus? Reſpondentes ſacer-
dotes dixerunt, Erit. 14 Subdens Haggæus dixit,
Sic, inquit Dominus, eſt apud me iſte populus & iſta
congregatio, ſic omnia quæ manibus ſuis agunt, &
quicquid hîc offerũt pollutum eſt. 15 Nunc igitur
agite animum aduertite ab hac die ad ſuperiora tem-
pora, priùs quàm lapis ſuper lapidem in templo Do-
mini poneretur. 16 Cùm ad aceruum viginti mo-
diorum veniretis, decem erãt: cùm ad torcular in quo
eſſe ſolebant quinquaginta vini dolia, viginti erant.
17 Percuſsi vos vredine & robigine, & grandine
omnia opera manuum veſtrarum, nec ad me, inquit
Dominus, colendum reditis. 18 Agite animum ab
hodierno die ad retro acta tempora adiungite, à die
viceſimaquarta noni menſis, ex quo, inquam, die cœ-
pit templum fundari, animo conſiderate. 19 Num
eſt etiamnum frumentum in area? Necdum vites, fi-
cus, malogranati aut oleæ quicquam tulerũt. Sed de-
inceps benedicam. 20 Factum eſt autem rurſum